



**THE  
PENNSYLVANIA  
STATE UNIVERSITY  
LIBRARY**











# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,  
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1459) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA  
ECCLESIE SÆCULA,

PLURA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTRATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUM OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEHENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TONOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DOCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIIVM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESIOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SECCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE NACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUNERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

### SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ  
AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS;

ACCURANTE J. - P. MIGNÈ,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SCA STANS, DECEN ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA, LATERALI COMPLECTITUR, NOVENQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIE GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT; DUM HUIUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO ENITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSÈ ERIT; SECUS ENIM CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETTIA AQUADUNT. ATTAMEN, SI QUIS ENAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OSTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEREST.

### PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXIV.

JOANNES ZONARAS.

EXCŪDEBATUR ET VENIT APUD J. - P. MIGNÈ, EDITOREM,  
IN VIA DICTA THIBAUT, OLIM D'ANROISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO  
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTRŪGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

282  
M582p  
t.134





TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1190.

ΙΩΑΝΝΟΥ  
ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΤΑ ΕΥΡΗΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—  
JOANNIS ZONARÆ

OPERA OMNIA

*HISTORICA, CANONICA, DOGMATICA.*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

—  
TOMUS PRIOR.  
—

—  
VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

—  
EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA THIBAUT, OLIM D'ANBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO  
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

—  
1864

459001

# TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1190.

## ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXIV CONTINENTUR.

---

JOANNES ZONARAS.

<i>Caroli Ducangii Præfatio, in qua de Joannis Zonaræ scriptis et rebus gestis.</i>	col. . 9
<i>Hieronymi Wolffi Præfatio.</i>	27
Joannis Zonaræ Annales.	39

---

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΡΟΥΓΑΡΙΟΥ ΤΗΣ ΒΙΓΛΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΙΣ

## ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

### JOANNIS ZONARÆ

MONACHI

MAGNI ANTEA VIGILUM PRÆFECTI ET PRIMI A SECRETIS

### ANNALES.

CAROLUS DU FRESNE, DOM. DU CANGE,

REGI A CONSILIIS, ET FRANCIÆ APUD AMBIANOS QUÆSTOR,

WOLFIANAM EDITIONEM CUM SCRIPTIS CODICIBUS CONTULIT, LATINAM VERSIONEM RECENSUIT,  
ANNALES NOTIS ILLUSTRAVIT.

### DUCANGII PRÆFATIO.

Nemo est tum ex nostris tum etiam exteris (1), qui Regiam scriptorum Byzantinorum editionem velut eximium Gallicæ magnificentiæ monumentum non suspiciat. Et merito sane ac jure optimo, cum, præterquam quod historiam minus hactenus notam et quæ tot rerum eventis varietur, Romanique imperii universo pene orbi olim dominantis causas inclinationis atque ruinæ ob oculos proponat, typis illa tam elegantibus chartarumque magnitudine adornata exit in publicum, ut quamdam præ se ferat majestatem, et quotquot litteras amant ad sui lectionem quodammodo sollicitet et alliciat. At cum tot inter Regio isto apparatu insignes, Joannis Zonaræ Annales Græce semel minusque nitide impressos ac in præsens rariores plerique ex eruditis desiderari monuissent, vir illustrissimus marchio de Louvois, regi ab intimis consiliis et secretis, cujus curæ ædificia Regia, artes, ipsaque typographia Regia permissa sunt, in idem etiam consilium conspirante illustrissimo fratre archiepiscopo Rhemensi ac primo Franciæ pari, pro innato non vulgari erga litteras affectu ut auctor Regia editione dignissimus ederetur optimum factum videri sibi significavit. Hacce mihi deinde demandata provincia, qua doctores alios longe melius defuncturos licet minime dubitem, manum statim admovi, codices veteres quantum per tempus licuit collegi et contuli, notasque adjeci : quod qualecunque est, æqui bonique consulturos benignos lectores confido.

Enimvero ut de hisce qui nunc prodeunt Annalibus ac de eorum auctore Zonara quædam præmittamus, hos præsertim commendat scriptoris eruditio, quæ non ex iis modo colligi potest, sed etiam ex aliis quam plurimis operibus, quorum indicem huicce Præfationi subjicimus; in quibus neque rerum cognitio nec neque acere vel solidum judicium ut nec pietatem quispiam desideret. Quin etiam si natalium splendore gestique in imperatorum palatiis magistratus existimationem aliquam scriptori conciliare possunt, quod nemo forte in dubium revocaverit, de illo præcipue qui de rebus politicis, in quibus ver-

(1) Mart. Hankius in præfat. ad lib. *De script. Byzant.*

satus est, scribere aggreditur, eo sane celebrari poterit et ipse Zonaras : quem cæteroquin ab illo Zonara, qui sub Constantino Porphyrogenito Leonis Sapientis filio in aula vixit (2), genus duxisse sundet omnino nominis similitudo. Quippe in Joannis et Manuelis Comneni, quibus imperantibus vixit, palatio, magni vigiliarum drungarii seu, ut Latini efferebant, vigilum præfecti ac primi a secretis gestæ dignitates, inter illustriores semper habitæ, magno fuisse apud imperatores loco satis arguunt. Atque ex eo, ni fallor, a Theodoro Balsamone (3) et a Matthæo Blastare (4) ὑπερφύης indigitari solet, quod essent inter senatorias præcipuæ, cum hocce epitheto senatum ac ipsos senatores donari solitos constat, uti alibi observamus (5) : quo quidem et nobilitas generis et magistratuum splendor exprimitur, cum, ut ait Gregorius Nazianzenus (6), μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου μετουσία habeatur.

Verum abdicatis postea palatinis curis, quo sibi in primis vacaret animæque saluti consuleret, monachum induit, relictaque urbe imperii primaria in insulam remotiorem secessit : quod ipsemet in Præfatione ad Annales testatur : quo loco in iis ut par erat conscribendis librorum defectum causatur, αὐτὸς ὑπερδύος ὢν καὶ πόρρω τοῦ Ἰσπεως ἐν νησίδι ἐνδιατώμενος. Quæ vero fuerit insula ista, tanto ab urbe spatio disparata, non promptum est assequi ; sed vel inde saltem licet conicere, venire in dubium quod tradit Andreas Thevetus, scriptor cæteroquin in aliis haud certæ fidei, sua ætate visum adhuc in quodam Montis Sancti (ita Athos hodie appellatur) monasterio Zonaræ epitaphium hisce verbis conceptum : ΕΝΤΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ, nisi sub vitæ extrema eo dicatur concessisse (7).

Utinque de hac re sit, vix aliquot in asceterio annos exegerat, cum eum convenerent amici (8) hortatique sunt ut solitarium istud otium in negotium aliquod conferret, quod et rem publicam juvaret et æternæ vitæ præmium sibi conciliaret : quod quidem maxime assequi liceret si historiam conscriberet quæ et resecat supervacanea et res memoratu digniores nullo verborum ambitu in compendium quoddam contraheret. Eos enim qui in hocce scriptionis genere operam hactenus collocassent, rerum quas enarrant seriem fere semper interrumpere inutilibus παρεκβάσαι seu excessibus, vel etiam descriptionibus aut concionibus, atque adeo intempestivis et quæ annalibus parum convenient de religione disputationibus, dum fidei mysteria exponunt vel hæreses confutare aggrediuntur, argumentis e sacra Scriptura vel e sanctis Patribus petitis. Quibus quidem ex chronologis aliquot suggillabant qui ea tempestate in omnium manibus versabantur, auctorem forte Chronici quod Alexandrinum vocant, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum, Georgium Cedrenum, aliosque quorum scripta ejusmodi supervacaneis excursibus passim scatent.

Verum tametsi duas res languorem afferre animis, otium et solitudinem, quod aiebat Tullius, persuasum haberet, et apud Christianos, ac monachos in primis, pravas illas seu cogitationes (λογισμοὺς, ascetici vocant) seu cupiditates, quæ mentem a negotiis vacuum invadere solent et in peccata fere semper demergunt, avocare unicam posse occupationem, ægre tamen cessit amicorum hortatibus, cum rem esse cerneret quæ librorum, quibus carebat, copiam postularet. At vellicare ii non prius destiterunt quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus impulissent. Victus igitur familiarium flagitationibus, et supra allatis adductus rationibus, ad Annales conscribendos se accinxit, cum in hoc secessu agens, ubi ad condendam historiam necessarii libri non suppetere, si non omnia dicenda complecteretur, veniam a benigno lectore se impetraturum facile sibi persuaderet. In qua cæteroquin conscribenda ita est versatus, ut præcipua et quæ alicujus viderentur momenti non omiserit, et quæ in epitomen cogerit tanta elegantia, solus ut videatur assecutus quod contra rerum naturam est, brevitatis ut obscura non esset ; quod de Pontio Paulino, qui tres Suetonii libros de Regibus in compendium redegerat, dixit Ausonius (9). Quidam enim sunt, ut aiebat Focas Grammaticus, qui late copioseque scripserunt, ita ut superflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur : alii, dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. Neque tamen sibi ipsi satisfacit omnino, cum quibus ad operis quod in manus sumpserat absolutionem necesse erat codicibus persæpe careret, quos cum sæpius quæsisset, reperire non potuerat, seu temporum injuria essent amissi, seu negligentius ab iis inquisiti quibus id negotii dederat (10),

(2) Anonym. Combefis, in Porphyrogen., n. 8. [Patrol. t. CIX.]

(3) Ad can. 36 Apost.

(4) Lit. E cap. 11.

(5) In Gloss. med. Græcit.

(6) Orat. 18 in S. Cyprian.

(7) En Theveti verba in *Pourtraits et vies des hommes illustres*, Paris, 1584, in-fol., l. 26 b et 27 a : « ... toutesfois les Grecs du mont Athos m'ont dit que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueils qui l'environnent) quelque lieu, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelague, et de present appellé par les Grecz Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomient Cahyra, les Hebreux ou Juifs du pays luy donnent le nom

de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastere de Grecz. ... Zonaræ doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu . . . Callineus son Patriarche . . . luy commanda se retirer au mont Athos, . . . où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz-huict ans sept moys, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monasteres nommé saint Helie dudict mont, la sepulture duquel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont écritz ces mots en Grec, et la plus part si effacez qu'à grand' peine les peut on lire . . . ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΗΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ. »

(8) Præf. n. 1.

(9) Epist. 7.

(10) Zonar. lib. ix, n. 31.

dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ageret : ex quo factum agnoscit ut consulum et dictatorum historia minus sit absoluta. Neque porro mirari debere subdit lectorem, si in iis quos conscripsit Annalibus descriptionis character ubique sibi similis non occurrat, cum aliter fieri vix queat, ut qui historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligit, illorum et dictione et compositione in multis non utatur. Quod ita tamen confecit, ut si aliquid de suo interjecerit, id illius stylo quem sequebatur auctoris quantum fieri potuit accommodaverit, ne descriptionis ratio a sese ubique dissidere videretur : cum interim alia longe quam cæteri qui res chronologicas hæcenus tractaverant, Annales suos conscriberet, res nempe quasi de suo componens et narrans, et quod laude dignum est eaque summa, non alienorum furtis plausum captans, neque tractatus integros exscribens, ut de ipso Zonara scribit Leo Allatius (11).

Non defuere tamen qui censorio quodam judicio ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint atque adeo perstrinxerint. « Omnia, inquit horum alter (12), ante Constantinum inepte et parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit. » Sed quam sano ille judicio hæc effutierit vel inde patet, quod a paulo æquioribus iudicibus, iisque pereruditis quibusvis chronologicis scriptis Annalium Zonaræ pars illa quæ res Latinas pertractat longe anteponatur. Nam cum in recensendis Romanorum gestis ex Dione præsertim, quem minime truncatum ut hodie editus est sed integrum legerat, aliisque scriptoribus qui periere temporum injuria, hæc historiæ partem compegerit, nova fere semper et ab aliis indicta commemorat : ita ut multis in locis de verbo ad verbum Dionem exscripsisse dicatur a Guillelmo Xylandro, Fulvio Ursino, Friderico Sylburgio et Henrico Valesio, istius scriptoris eruditissimis interpretibus, quibus solemne est ex Zonara aut ipsum Dionem emendare aut Romanos scriptores alios illustrare : unde Theodorus Marcilius (13) Zonaram et Xiphilinum Dionis subdignas vocat. Et certe ita de Zonara sensisse constat eundem Allatium, « qui » ait ille « licet in historia post Constantinum Magnum jejunius sit, et non nisi obvia quæque percurrerit, in his vero quæ ante Constantinum ad mundi exordia diligentius et copiosius versatur. » Non mirum igitur si ab Alexandro Brassicano in Præfatione ad Salvanum sinceræ fidei historicus, et a Casaubono (14) dicatur vir eruditissimus. Cedreni codici manuscripto schedam ascripsisse dicitur Wolfius, in qua observabat tractare idem argumentum quod Zonaras, sed habere a Zonara multa de industria prætermissa, brevitatis forte studio, sed certe non prætermittenda, ita ut optatione sibi data ab initio Cedrenum Zonaræ prætulisset. Qui, inquit Xylander (15), a quo hæc ex Wolfio referuntur, ad ea respexit præcipue, quæ aliunde quam ex eo repeti non possunt, cum duo priores Zonaræ tomi longe alioquin sint meliores ac laude digniores, quam ea quæ ad Constantinum usque Magnum Cedrenus collegit. Scribit præterea idem Wolfius (16) Zonaram alias prolixiorē videri, ut in Judaica historia, alias breviorē, ut in exterarum gentium gestis. In quo quidem si qua culpa commissa est, excusationem habere videri hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit : qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persecutus est, non tam negligentia quam de industria fecisse.

Verum, licet in iis quæ post Constantinum Magnum scripsit obvia quæque percurrere Zonaram dicat Allatius, longe aliter tamen sensisse videtur exacti vir iudicii Henricus Valesius, qui non modo auctorem sat diligentem haud semel indigitat, sed et in iis præsertim quæ ejusdem Constantii familiam spectant, accuratiorē quam in cæteris, neque aliis obvia dicere observat (17). Et sane quantum in recensendis Cyprianorum imperatorum gestis, fusiore parte editis commentariis versati sint Theophanes, Cedrenus, Scylitzes et aliquot alii, constat id Zonaræ in primis consilium fuisse, ut non pleniorē quemadmodum in historiam, sed contractiorē atque adeo compendium conscriberet, in quo singularia quæque et quæ in re historica præcipui viderentur ponderis perstringeret. Ex quibus facile colligitur quod ait Gerardus Vossius, tum in eo majorem curam et industriam desiderari, tum etiam maxime mirandum esse, virum usque adeo experientem in sui temporis præsertim rebus pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaque iis temporibus gesta sunt, orientali orbe cum occidentali quasi concurrente : adeo ut pauca sint quibus Alexii vitam perstrinxerit. Id, inquam, haud ægre refellitur ex auctoris ipsius Annalium lemmate, vel ex ipsius Præfatione, in qua non historiam sed historiæ compendium scribere se profitetur ; ita ut si prolixiori sui temporis res fuisset persecutus narratione, primum scriptoris officium minime observasse diceretur : cum, ut ait Plinius alter, titulum suum legere debeat, atque identidem interrogare se quid cœperit scribere, scireque si materiæ immoratur non esse longum, longissimum si aliquid arcessit atque attrahit. Atque ex hacce virorum eruditorum varia de Zonaræ Annalibus sententia patet quam infausta sit eorum sors qui aliquid scribere aggrediuntur, cum quibusvis ac fere iniquis hominum iudiciis et censuræ ingenii fœtus exponunt.

Cæterum in Annalium decursu occasionem interdum capiat Zonaras Græcorum suæ ætatis mores vellicandi, veluti cum virorum ecclesiasticorum Simoniam carpit, comatos et cincinnatos palatinos

(11) De Georg.

(12) Apud Allat. *De error. magn. viror. in dicendo*,

p. 126.

(13) In not. ad Sueton.

(14) Ad Hist. Aug. p. 202, 2 ed.

(15) In præfat. ad Cedren.

(16) In præfat.

(17) In not. ad lib. xviii Ammiani.

perstringit (18), et imperatores, quod abdicato patrio vestitu barbaricum amplecterentur (19). Denique in ipsos adhuc Augustos ac eorum in rebus administrandis publicis tyrannidem gravius invehitur. Nam ut Valentis mathematici (20) de urbis Cpolitanz duratione editum sub Constantino Magno natalitium thema quodammodo teneatur, ne omnino falsum putetur, quam annos 696 duraturam prædixerat, jam olim cum scribebat Zonaras elapsos, subdit aut falsam existimandam Valentis prædictionem, aut annos illos intelligendos esse quibus instituta rei publicæ ac status conservabantur, dum suus honor erat sentitui, dum cives sub legitima imperii potestate florebant, non autem cum manifesta vigeat tyrannis dominorum publica sibi pro privatis vindicantium et ad suas voluptates conferentium, easque parum honestas, cum publica quibusvis donarent, nec pastorum iustar subditos tractarent, nec lana supervacua detonsa, sed prædonum more oves mactando, ad medullas ipsas exsugerent.

Chronici titulum Zonaræ historiæ ascripsimus quemadmodum Wolfius. Nam et ita laudatur a Michaele Glyca in Annualibus : *Ὁ Ζωναράς ἐν τῷ χρονικῷ συντάγματι*, et in altero e codicibus Regiis, in quo secunda duntaxat pars continetur, hæc verba in fronte leguntur : *Τὸ παρὸν βιβλίον χρονογράφος ἐνμάζεται*. Verum in codice Viennensi, quo usus est Wolfius, alia habetur epigraphe, hisce videlicet vocibus concepta : *Ἐπιτομή ἱστοριῶν συλλεγείσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρά, τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίβλας καὶ πρωτοασκητήρις*. Et sane compendium historiæ scribere se profiteitur ipse Zonaras : *Ἐγὼ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιτημένῳ οὐκ ἐπίσκεψ τῆν πραγματεῖαν θέσθαι πολύστιχον*, etc. (21).

Universum vero opus duas in partes distribuit : ac in priori quidem historiæ quam vulgo sanctam vocant ex sacris Libris et ex Josephi Archæologia compendium complexus, tum res Græcorum veterum tangit, ac Romanorum deinde ad ea usque tempora historiam perducit, quibus res publica in unius administrationem seu monarchiam delapsa est. Alteram autem a triumviratu orditur, ac recensitis singulorum imperatorum gestis usque ad Alexii Comneni exitum persequitur, id est ad sæculum quo ipse vixit undecimum. Non solum enim Joannis Comneni imperatoris Alexii filii meminit, sed et Manuele Joannis filio imperante vixisse infra docemus. Cæterum hæc Annalium Zonaræ partitio non ex ipsa modo Præfatione percipitur, sed præsertim ex verbis quibus pars prior clauditur (22), atque adeo ex alterius inscriptione, quæ in scriptis codicibus hæc verba præfert : *Ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας*. Quibus quidem vocibus in altero ex Regiis istæ, caractere licet paulo recentiori, præfiguntur : *Ἱστορία; Ζωναρά τόμος δευτέρος καὶ τελευταῖος*. Sed præsertim alter ex Regiis, qui secundam duntaxat partem Annalium Zonaræ complectitur, in primis contextus lineis hanc partitionem prorsus astruit, in quo scriptor ita hanc orditur : *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βιβλίῳ μοι προϊστέθηται, βασιλεῦσιν ἢ τῶν Ῥωμαίων*, etc. Ubi codex alius Regius et Colberticus præter editionem Wolfianam hæc tantum habent : *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἱστέθηται*, etc. Sed et in ejusdem codicis Regii initio hæc leguntur : *Ἐν προτέρᾳ βιβλίῳ περιέχει τὰ Ἑβραϊκά καὶ τὰ περὶ Ῥωμαίων ὑπάντων, τῷ δὲ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας*. Quin etiam Wolfianus codices hanc Annalium Zonaræ partitionem prætulisse arguit quod in fronte Zonaræ codicis a se Cpoli empti præfixit Joannes Dernschwamus, et ex eo descripsit in sua Præfatione Wolfius. Ex quibus abunde colligitur hosce Annales in duos duntaxat tomos a Zonara fuisse dispersitos, non vero in tres, ut illos divisit idem Wolfius : quorum prior de rebus Judaicis ab initio mundi usque ad Hierosolymitanum excidium ; alter historiam Romanam ab Urbe condita usque ad Constantinum Magnum breviter complectitur, in qua tum Dionem, ut diximus, tum etiam Eutropium interpretem Pæanium, quem ad verbum sæpenumero exscribit, ut observatum a Scaligero (23), præsertim sequitur. Tertius denique imperatorum res gestas a Constantino Magno usque ad obitum Alexii Comneni tractat. Falsum tamen constat Dernschwamum, cum dixit priorem Annalium Zonaræ partem in Hierosolymorum excidium desinere.

Licet porro Wolfii divisio tolerari quodammodo possit, ut quæ sacram historiam a Romanæ rei publicæ, rursus paganorum a Christianorum imperatorum historia distinguat, cum ipsius Zonaræ divisioni contraria sit, satius duximus ex virorum eruditorum consilio universum hoc Annalium opus in libros xviii partiri, libros vero in sectiones,

*Sumere ne lector jure paveret opus.*

nam ut

*Intervalla viæ fessis præstare videtur*

*Qui notat inscriptus millia crebra lapsi (24),*

ita librorum divisiones a continua lectionis assiduitate lectoris animum relaxant, cum habet ubi longo quaasi itinere defatigatus consistat ; præsertim etiam cum nihil auctori detrahant nec descriptionis seriem abrumpant. Adde quod id partitionis genus ad locos ex scriptoribus laudatos statim reperiendos multum conducat : unde inductum illud fere ab eruditioribus in quibusvis exemplaribus, quæ continua serie absque libris vel absque capitibus describuntur. Quod quidem ita in Zonara confecimus, ut alte-

(18) Lib. vii, sect. 17.

(19) Lib. x, sect. 28.

(20) Lib. xiii, 3.

(21) Lib. iii, sect. 26.

(22) Lib. ix, sect. ult.

(23) In not. ad Euseb., p. 241, 242, 2 edit.

(24) Rutilius Numat. lib. ii.

ram partem Wolfianam a VII, tertiam vero a XIII libro, ut partem Annalium alteram secundum auctoris receptam divisionem a libro I auspiciemur.

Jam vero quid Wolfius impulerit ut ad Zonaræ Annales in Latinam linguam convertendos sese accinxerit, pluribus declarat ipse in Præfatione, quam nostræ hic subjicimus, atque etiam in alia ad Nicephori Gregoræ Historiam a se pariter Latio donatam, quam, ut et Zonaræ, Antonio Fuggero nobili Germano dicavit. In quâ postrema sic loquitur: « Fateor equidem ad Zonaram convertendum præmiis a te propositis, eoque tempore peropportunitas, initio excitatum me fuisse potius quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi, et diuturnam quasi sitim variæ lectionis restinguendi cupiditate. » Cum vero de Fuggerorum nobilium insigni liberalitate ac munificentia in eruendis ab interitu bonis libris idem fere prædicet Guillelmus Xylander, præmiisque illectos ab iis suæ ætatis viros eruditos testetur qui Græcos scriptores Latina toga donarent necdum editos, vel inde patet quantas debeat gratias res litteraria viris principibus, qui propositis subinde coronis publicam utilitatem sibi juvandam proponunt, et Musis non semper opulenti, imo persæpe inopibus, manum ultro porrigunt. Neque enim fateri dedignatur ipsemet Wolfius, quidquid hactenus ediderat, id vel publica utilitate vel temporibus suis adductum fecisse, nec tam famam captasse quam famam vitasse. Sed et Xylander (25): « Me, » inquit, « ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audeam ut libros facerem. » Quem quidem dicentem audivisse scribit Joannes Lounclavius (26), lucubrationem Dioniam et alias non a fama sed fame sibi pariter extortas ac præcipitatas fuisse. Neque nostrorum sæculorum isthæc est duntaxat querela, cum legamus (27), Plautum propter annonæ difficultatem ad molas manuarum pistorem se locasse, ibique quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitum et vendere: quomodo etiam Pacuvium Brundisium tragœdiarum scriptorem Romæ picturam exercuisse ac fabulas vendidisse ferunt. Sed et Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, adeo in hac vita pauperem fuisse, ut plerumque etiam necessariis indigerit, scribit Eusebius. Infausta omnino litteratorum conditio, qui ne panem emendicent, libros conficere coguntur. Debemus igitur illustribus Fuggeris, quod illorum cura et sumptibus in publicum prædierint Joannis Zonaræ, Georgii Cedreni, Nicetæ Acominati et Nicephori Gregoræ historiarum, et quod rerum Byzantarum hæc editionibus gustum primi quodammodo inspirarint litterarum studiosis. Sed non minus obstricta erit erudita posteritas regum nostrorum munificentia, qui non hactenus modo publicatos imperatorum Cyprianorum historiarum scriptores, sed et novos ac e manuscriptis codicibus ex regia ac locupletis prorsus bibliotheca depromptos magnifico adeo atque splendido apparatu editi quotidie volunt, viris doctis ut in idem consilium una conspirent, suaque conferant studia, Regia præmiorum mercede invitatis ac illectis.

Enimvero ut Wolfius in vertendis Zonaræ Annalibus versatus fuerit, quæque observavit quotæ codicibus scriptis in iisdem edendis usus fuerit, pluribus in prædicta ad eosdem Annales Præfatione exponit; et ut in opere Latine Græceque exscribendo adiutorem sibi asciverit Jeremiam Martium, præclaræ tum indolis adolescentem, medicum deinde physicum Augustanum. Quem quidem ea de re verba facientem præstat audire in Præfatione ad Nonum medicum, quem Argentorati is primus edidit anno 1568: « Cum itaque, » inquit, « non parvi interesse viderem ut quis quamprimum optimis uteretur præceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam alio conferre me, quod unice optabam, possem, commode sane cecidit ut eo ipso tempore Cpoli Augustam afferrentur Annales Joannis Zonaræ et Nicetæ Choniatae historia, sumptibus magnifici et generosi viri et studiosorum omnium Mæcenatis Antonii Fuggeri. Quos cum prudentissimus vir, in judicium adhibitis doctissimis hominibus, præcipue vero Ludovico Carino, cui et tribuebat multum et quo uno omnium maxime delectabatur, dignos existimaret ut in publicum exirent, tum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiarum seriem longissimam a condito mundo usque eleganti ordine deductam, sollicitè (ut fuit propagandæ posteritatis studiosissimus) de conversione cogitare, et quem ei muneri præficere posset, anxie deliberare secum cœpit, et tandem de multis unum eumque omni liberali doctrina politissimum virum, et in lingua utraque singularem prope, Hieronymum Wolfium, scholæ et urbis vestræ ornamentum, non exigua præmii spe proposita elegit. Quem laborem hoc libentius suscepit, quo juvandæ posteritatis studiosior et Fuggeranæ familiæ laudis propagandæ avidior fuit. Sed cum ob afflictam valetudinem, a qua fere nunquam ob assiduum in litteris studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus et versioni et scripturæ vacare non posset, me sibi, accedente auctoritate et consilio Joannis Baptistæ Heintzelli, viri et rerum tractandarum usu eximii et mei amantissimi, a cujus prædicatione invitatus digredior, socium laborum adjuvit, meaque opera in exscribendo Zonaræ et Choniatae Græce et Latine ultra integrum annum usus est, eamque non prorsus improbat. Qui vel ob hoc minus gravis mihi esse debuit, quod et triennii sumptus Antonii Fuggeri, eo exacto, pollicitus est, et liberalissime etiam præstitit, et ego tantum utilitatis ex doctrina et domestica consuetudine Wolfi cepi, ut ejus laboris nunquam me pœnitere debeat. » Hactenus ille.

(25) In præf. ad Cedr.  
(26) In præf. ad Dionem.

(27) Euseb. in Chr. lib. I.

Cæterum non una est in mss. codicibus Zonaræ Annalium descriptionis ratio, seu rerum in iis pertractatarum spectentur argumenta, quæ in quibusdam ex iis in marginibus, seu qui interdum, cum nova inchoatur materia, in ipso contextu tituli apponuntur. Ac certe quoad notas istas marginales, non semper etiam eadem in omnibus exemplaribus in quibus habentur, nec simili dictione exaratae. In quibusdam præterea interdum plures ac crebriores quam in aliis, in quibusdam per intervalla longiusculæ breviores occurrunt. In aliis denique ac antiquioribus codicibus nullæ fere semper habentur. Scribit Leo Allatius in Diatriba de Georgiis ubi de Cedreno [*imò Scylitza*, c. 27] agit, exstare in bibliotheca Sfortiana codicem ingentem Georgii Scylitzæ nomen præferentem, licet unicos duntaxat Zonaræ Annales contineat. Sed et inter codices Palatinos Romanæ adfectos se vidisse ejusdem Zonaræ historiam principio mutilam, a monarchia Romanorum incipientem, in qua, etsi notis ab historia diversis, præfixum est Γεωργίου τοῦ Σκυλιτζῆ. Quæ quidem differt, inquit, ab edito Zonara, quod in capita divisa ubique summaria capitum exhibeat. (« An summarum, » subdit idem Allatius, « auctor Scylitzes iste? an propterea vel fraude sua vel exscriptorum oscitantia historiæ auctor comminiscitur ») seu fingitur? unde prorsus licet conjicere hæc rerum argumenta non esse ipsius Zonaræ, tum ex eo etiam quod diversis sæpe concepta verbis legantur, tum quod, ut attingi, varie marginibus codicum, alibi scilicet rarius, alibi singulis ferme periodis appingantur. Quod quam inutile sit vel ex eo patet, quod longe rariùs est quæ in contextu breviter descripta habentur legere, quam in argumentis, cum totidem fere semper verbis constant. Ea qualiacunque sunt et ejusmodi in suis codicibus invenerat Hieronymus Wolfius in interiorem editionis suæ marginem seu ad Græcam columnam edi curavit, et cum non tanti viderentur, eorum omisit interpretationem, notis aliis brevioribus Latinis ad alteram columnam pariter ascriptis, quæ subinde de rerum argumentis lectorem alimonerent. Harum plerasque in hac Regia edi curavimus, aliis certis ex causis rejectis, tum etiam ne, si crebrioribus ejusmodi argumentis fuscarentur libri margines, editionis prorsus Regiæ venustas ac majestas commacularetur. Atque id quidem causæ fuit, ut Græca ista argumenta in interiores margines rejicere, quod fecerat Wolfius, visum non fuerit, tum quod illæ in editionibus Regiis vulgo hæc notas hactenus non admiserint, tum etiam quod eo sunt inutiles, quod apposita Latinæ idem prorsus efficiant. Ne tamen Græcis argumentis fraudare lectorem videamur, ea rursum hic recudimus, aliquot in locis ex mss. codicibus auctiora, eaque secundum librorum et sectionum numeros digesta, ita ut rerum a Zonara in Annalibus descriptarum elenchi seu summarii vicem præstare possint.

Quid porro postrema huic ac Regiæ prorsus Joannis Zonaræ Annalium editioni accesserit, lectorem interest edocere. Græca contulimus, maxime in locis qui dubietatem quamdam præferebant, cum quatuor codicibus Regiis et uno Colberteo. Regiorum duo [1714, sæc. xiii, et 1716, sæc. xv] integros Annales complectuntur, præterquam quod horum alter [1716] duobus foliis initio mutilus est; tertius [1708, sæc. xiv], secundam Annalium partem; quartus [1718, sæc. xvi] demum, isque recentiori descriptus manu, eosdem Annales ab imperio Diocletiani ad Alexium continet. Codex Colberteus (28) sat bonæ notæ, paucis etiam paginis initio mutilus, desinit in hujusce editionis sectionem 34 libri xii, in Maximini scilicet et Licinii imperium. Varias ex hisce codicibus excerptas lectiones in Notas subinde retulimus, nonnullis quæ extra controversiam videbantur in contextum ipsum immissis. Hieronymi Wolfii versionem Latinam interdum et rarius emendavimus, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino erat assecutus, quos in Notis fere semper indicamus; sed præsertim in ea parte ubi res Byzantiæ pertractantur quædam potissimum immutavimus, ubi palatinas seu ecclesiasticas dignitates minus consentaneæ reddidisse videbatur. Annalibus denique Aduotationes nostras subjecimus, una cum Discoptatione de Hebdomo et aliquot additamentis ad nostram Cpolim Christianam, de quibus omnibus initio ejusque lucubrationis lectorem monemus.

Breve denique Chronicon, levioris forte licet momenti, Joannis Zonaræ Annalibus subjecimus, quod temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum, quæ ille persequitur, summarium quoddam contineat, ejusmodi nonnulla alia habentur in codicibus manuscriptorum bibliothecæ Regiæ, quæ tamen in annorum characteribus non omnino ubique cum eo quod edimus conveniunt, exscriptorum, ut existimo, potius incuria, quam eorum a quibus sunt confecta. Ut tamen cæteris istud præferrem, fecit viri in chronologicis ut et in cæteris disciplinis versatissimi Dionysii Petavii auctoritas, a quo primum editum est cum Nicephori patriarchæ Breviario historico: quod cum in Regia editione ejusdem scriptoris omissum fuerit, hic rursum proponere visum est, tum maxime, ut attingimus, quod eosdem quos Zonaras annos complectatur, a mundo scilicet condito usque ad eundem Alexium.

Sed priusquam huic Præfationi finis imponatur, præstat, quod supra sumus polliciti, aliorum Zonaræ operum, quorum memoria ad nos pervenit, indicem subjicere, ut vel inde, quam singularis fuerit viri eruditio ac pietas, lector assequatur. Atque ut ab editis sumatur initium, occurrit in primis Commentarius in canones apostolorum et conciliorum (29) et in Epistolas canonicas (30), cujus titulus

(28) Nunc Regius 1717, sæc. xiii. Præter hos Zonaræ codices Parisiis sunt duo alii, alter Coislivianus 137, sæc. xiv, alter paulo post Zonaræ a Ducangio editum Parisiis adfectus, Regius 1715.

(29) Ed. Paris. 1618, in fol. et in *Beveregii Pandectis Canonum*.

(30) Ed. ad calcem *Gregorii Thaumaturgi*, Paris 1621, in fol. et in *Beveregii Pandectis Canonum*.



ita concipitur in codicibus mss. Regiis : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θεῶν κανόνων τῶν τε ἀγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἀγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννη μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίβλας καὶ πρωτοασηκρήτις. In istius porro operis Præfatione illud se aggressum ait non sponte sed alterius persuasus, Manuelis forte Comneni imp., ut infra dicemus : Μὴ τις δέ μοι καταγωγή προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἐζυτοῦ τῷ πονήματι ἐγγειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκρυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἑμαυτὸν ἵνα μὴ ὦ ἀνηχοῖαν κατακριθῶ.

Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γανῆς ἐκρόην μίασμα ἡγουμένους. Editus habetur in Jure Græco-Rom. [tom. I, p. 351-361 et in Enimundi Bonestdii Jure orientali, p. II, p. 216, 257.]

Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾷ, ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισσεξιδέλους τὴν αὐτὴν ἀγαγεῖσθαι πρὸς γάμον (31). Edit. a. v. c. Joanne Baptista Cotelerio, tom. II [1. 885] *Monumentorum Eccl. Gr.*

Laudatur a Petro Lambecio lib. III in *De Bibl. Cæsarea*, pag. 39, ejusdem Zonarae et Nicetae Thessalonicensis Expositio canonum Anastasimorum S. Joannis Damasceni, hoc titulo : Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾷ, γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίβλας καὶ πρωτοασηκρήτις, ἐξήγησις τῶν ἀναστασιμῶν κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, cujus initium hisce verbis concipitur : Ἐπεὶ κανόνων ἐριμνεῖα ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ δόγμα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἰρμῶ καὶ τῆς ψῆδης κλήσιν, εἶτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου (ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανὼν) φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. Posterioris vero expositionis titulus est hic, Αὕτη ἡ ἐξήγησις τῶν ἀναστασιμῶν κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, ἀχρι τῆς σ' ψῆδης, γέγονε παρὰ ἱεροτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονικῆς κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾷ, etc. Laudatur pariter Zonaras in canones Anastasimos Damasceni ab Allatio in Syntagmate de Georgiorum scriptis pag. 417, ex quibus quædam fragmenta edidit Jacobus Gretzerus sub initium libri v *De sancta cruce* : et in Octateuchum ejusdem Joannis Damasceni Expositio pulcherrima, ab eodem Allatio in *Symmictis*, pag. 453.

Servatur in bibl. Reg. : Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρωτοασηκρήτις τοῦ Ζωναρᾷ κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχὴς ὙΣΤΑΤΟΣ ΗΧΟΣ ὙΣΓΑΤΟΝ ΠΑΕΚΕΙ ΜΕΛΟΣ. [ed. in Jo. Bapt. Cotelerii *Eccliesia Græca Monum.*, tom. III, p. 465-472]. Huic subduntur Νικηφόρου πατριάρχου καὶ ἀνθυπάτου Μιτυληνίου στίχοι καταδάσεις ἐξ εἰς τὴν ποσότητα τῶν ἐξ μηνῶν. Μὴν Σεπτεμβρίου, etc.

Quatuor præterea Zonarae laudantur opuscula a Leone Allatio in Diatriba de Syneonibus, scilicet :

Λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν, hoc initio, Ἦρτό μὲ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ σωφρονῶν.

Βίος τοῦ ἀγίου Σιλβέστρου, hoc initio, Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι. Proinde alia est Vita ejusdem S. Silvestri edita a Combefissio, cujus initium aliter concipitur.

Ἐπίμνημα εἰς τὴν ὑπεκριντὴν τοῦ Σωτήρος, hoc initio, Πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις, καὶ πάλιν μυστήριον ἕτερον. Denique

Εἰς τὸν ἱεροσολύμων Σωφρόνιον, hoc initio, Οἱ τοῖς θεοῖς καὶ μακαρίοις Πατέρας συγγράφοντες τὰ ἐγκώμια.

Laudatur etiam a Lambecio lib. v *De bibl. Cæsar.*, pag. 450, opusculum aliud Zonarae, hoc titulo, Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾷ, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλὰ κίς, ἤνκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἀγίων θεόλαται καὶ θεῶν ὕμνων ἐν οὐρανῶι; αὐτῆχοι γίνονται, etc. Sed hæc epistola est ex iis quæ sub nomine etiam Glycæ circumferuntur, de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Cæsarea anonymi cujusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetae Davidis Paphlagonis, quem Δαδύβρου scilicet episcopum nominatum ait David Hoeschelius (32), cujus Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha Latine versa edita sunt ab Hercule Phaello Imolæ an. 1588, vel potius Joannis Zonarae, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim ejusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. Vide pag. 39 et 247 ejusdem lib. IV (33).

Laudatur præterea ejusdem Zonarae Lexicon, de quo ita Josephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quæ est 48 inter Scaligerianas editas : « Ego quoque videor mihi non inutiliter Zonarae Lexicon tractare, quod est in libris saceri tui » (Henrici Stephani), « si per se et affinem tuum Paulum Stephanum ejus usara brevis mihi contingat. » [Ed. ab L. A. H. Tittmanno, Lips. 1808, 2 vol. in-4, sed de auctore valde dubito.]

(31) Ex cod. Reg. 2038,

(32) In Bibl. August., p. 46.

(33) Zonarae Proœmium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΜΟΝΟΣΤΙΧΑ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΤΑ ΕΙΣ Τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα, Venet. ap. Franc. Zanetum 1563, in-4.

Meminit denique Joannes Pontanus, in Præfatione ad historiam Joannis Cantacuzeni, poematum Joannis Zonaræ de Processione Spiritus sancti, quæ a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. Ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi, nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab hujusce urbis viris doctis rescire potui (34). Sic porro Pontanus: « Zonaram fuisse schismaticum testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. » Quæ quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonium (35).

Enimvero præter supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolæ dogmaticæ, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius (36); quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hæc incertum mageat utrius sint: tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius (37) ut Glycæ potius illas tribuat quam Zonaræ, ubi ita scribit: « Hæc et alia Michael Glycæ, epistola satis proluxa ad Joannicum monachum, etc. Hujus etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus exercit. in Baronium 16, n. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ nomine in russ. prostant, alius erit disserendi locus. » Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. Certe Zonaræ hæc ascribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), Ind. 6, hoc titulo 'Επιστολαί κυρού 'Ιωάννου Ζωναρά και πρωτοσυχηρίτης και δρουγγαριου της βίβλης. Continet porro hic codex [n. 3015] 45 duntaxat epistolas. quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imper., scripta videlicet, ut præfert inscriptio. Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ 'Αλυπίῳ τῷ ἐγκλειστῷ Εἰ χεῖ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποκόμπατον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς, etc. Atque in hæcce verba desinit: 'Εκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἐπεὶ κεφαλὴ, ὡς εἰμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευται τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ Θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαι; ὑποκεῖσθαι καταδειξόμεθα· προγνωστικὴν δὲ τίνα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδῆξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον ὄρθῳ αὐτοῖς ἀποχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in Indice Lambeciano, qui hanc Manuelli omnino ascribunt, hoc titulo: 'Αναπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγγερισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταίου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρού Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρὸς τίνα μοναχὸν ἐπιμαμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διὰ γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστήσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur: Τολμῶν ὑπομνήσχω τὸ προγεγονὸς γρόμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐλτλυθέν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοῦς καὶ περιεπτυσάμεν αὐτῷ καὶ θερμοῦ; κατεφίλησα. Τίνο; ἐνεκεν; "Ὅτι πιναγίτῃ τῷ ὄντι καὶ ἡμεῖς φωνῆ, κατὰ μέμνησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρὸς εἰμὶ καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκείνον ἐποίησατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν ἀπεριπέπτως οὕτω τοῦ θεοσεφοῦς καταβαίνοντος κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατὰ γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὐρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνὸν. Οὐδὲ δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἷδ' ὅπως, περιεπαδῶν, χειροδεδῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τίλειον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonafam; ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. Sub finem vero hæc subduntur: Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκείνος πύσασαί ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοι εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοῦ, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασιλείος, Γρηγόριος Νύσης, 'Ιωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας 'Αθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας 'Επιφάνιος, 'Αναστάσιος ὁ Συναίτης, 'Ιωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, 'Ανδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τίς ὁ φωτιστῶν τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferbat. Zonaræ ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex cod. ms. Reg. 2813. Verum codices duo Cæsarei, quos laudat Lambecius (38), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaeli Glycæ auctorem præferunt, hoc lemmate: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογωτάτου κυρού Μιχαὴλ τοῦ Γλυκῆ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hoeschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine edidit. Sed et ad calcem

(34) V. Fabricii Biblioth. Gr. ed. Harles, t. XI, p. 222.  
(35) Pag. 346.

(36) Lib. iv, de Bibl. Cirsar.  
(37) Contra Creygtton, p. 544.  
(38) Fol. 30, v.

codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπέγραψε Μιχαὴλ τοῦ Φλωχῆ. Promiscue vero hæc epistolas sub nomine Zonaræ sive Glycæ semper laudat Alkatius, lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, n. 17; lib. III, cap. 15, n. 8, cap. 16, n. 24; cap. 18, n. 8, et contra Creygiouem (39). In quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Et duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Cpolitianæ quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Joanne Duca magno heteriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios præteream, mentio occurrit apud Nicetam (40), et Manuele Comneno Sebastocratore, qui non alius est ab eo cujus pariter meminit Cinnamus (41).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi : tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annalæ non semel laudet (42). Ude illo multo esse posteriorem non desunt qui conjiciunt. Neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hætenus editis operibus, Joannis Zonaræ ætatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Joannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum Magnæ Ecclesiæ Cpolitianæ nomophylax et chartophylax, deinde Antiochensis patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quæ in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quæ aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in Præfatione ad expositionem Nomocanonis. Quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones Commentarios non suapte sed alterius jussu se conscripsisse prodiit, uti supra observavimus, ita tamen ut Zonaras suos emisit ante Balsamonem, a quo non velle et cum elogio is laudatur. Ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam; si quidem illius sunt epistolæ de quibus agimus : quod certe suadere videtur acriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacræ Scripturæ potius quam illustrandæ historiæ totus incumbit. Quia etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur ascribunt, adeo ut τοὺς μὲν πέρους, τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονεῖας καὶ ἀρπαγὰς efficiant (43); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cujus supra meminimus : licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis celestibus id quod futurum sit nos posse conjectare. Ex quibus non omnino tamen conficitur Michaellem Glycam esse auctorem epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit ejusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonaræ, qui in Annalibus (44) Deam astra condidisse scribit ut terræ ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. Jam vero Manuelem imperatorem astronomiæ plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugæ pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius Vita (45). Quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse totæ sacræ Scripturæ et Patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo (46) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur : ita ut Manuelli aptari potuerit quod Calpurnius (47) de Carino imperatore cecinit :

*Utcunque tamen conspeximus ipsum  
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno  
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.*

(39) P. 541, 544.

(40) In Alexio Man. f. n. 7-9.

(41) Lib. v, n. 14, 15.

(42) Glycas p. 140, 286, 294, 297.

(43) Glycas p. 26.

(44) Lib. i, n. 11.

(45) Lib. II, n. 7; lib. v, n. 2, 8; lib. VII, n. 7.

(46) Lib. VI, n. 2.

(47) Ecl. ult.

## LECTORI.

Notum subsequens præmittatur Notis historicis Du Cangli quas ex calce t. II revocatas textui subjecimus. Козь.

*Ejusmodi sunt qui generalem præsertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonara quos modo recudimus, Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant : cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis Lectorem fatigaret observationibus, quam labore quovis sublevaret. Ea quippe est scriptio istius ratio, ut quæ ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat, nec pleniori oratione conscribantur. Continua gestorum series, et secundum certiores temporum notas digesta, in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat, qui prolixiores expecterit narrationes ; cum eorum qui condunt annales præcipuum sit consilium ut universali quadam rerum coani-*

Meminit denique Joannes Pontanus, in Præfatione ad historiam Joannis Cantacuzeni, poematum Joannis Zonare de Processione Spiritus sancti, quæ a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. Ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi, nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint, ab hujusce urbis viris doctis rescire potui (34). Sic porro Pontanus: « Zonarem fuisse schismaticum testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. » Quæ quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtorum (35).

Enimvero præter supra laudata Joannis Zonare opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolæ dogmaticæ, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius (36); quas quidem Joanni Zonare quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hæc incertum mægeat utrius sint: tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius (37) ut Glycæ potius illas tribuat quam Zonare, ubi ita scribit: « Hæc et alia Michael Glycæ, epistola satis proluxa ad Joannicum monachum, etc. Hujus etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus exercit. in Baronium 16, n. 49, sed sub nomine Zonare editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonare nomine in mss. prostant, alius erit disserendi locus. » Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. Certe Zonare hæc ascribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), Ind. 6, hoc titulo 'Επιστολα κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρά καὶ πρωτοσυγκλήτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίβλης. Continet porro hic codex [n. 3015] 45 duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imper., scripta videlicet, ut præfert inscriptio. Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλειστῷ Εἰ χεὶ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀπορρόποιον ἤγειραι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς, etc. Atque in hæcce verba desinit: 'Εκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἰμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευται τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ Θεοῦ πλασθέντα λόγικόν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαι· ὑποκείμεθα καταδεξώμεθα· προγνωστικὴν δὲ τίνα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδῶξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον ὄρθιν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in Indice Lambeciano, qui hanc Manuelli omnino ascribunt, hoc titulo: Ἀναπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγγειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρὸς τίνα μοναχὸν ἐπιμεμφόμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διὰ γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικῶσαν τὸ τοιοῦτον συστήσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξει. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur: Τοῶν ὑπομνήσων τὸ προγενοῦν γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐλθλυθέν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοῦς καὶ περιεπτουξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶ; κατεβλήσα. Τίνο; ἐνεκεν; Ὅτι πιναγίξ τῷ ὄντι καὶ ἡρεμαῖα φωνῆ; κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρὸς; εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκείνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὴν ἀπερισκεπῶς οὕτω τοῦ θεοστεροῦς καταδωόμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθιχόμενα κατὰ γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὐρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. Οἷς δὲ νοήματα, καὶ οὐκ οἷδ' ὅπως, περιπεσῶν, χειροδῶθηναι πρὸ τοῦ καταπιτῆναι τὸ τίλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonafam; ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vivit, agimus. Sub finem vero hæc subduntur: Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος πύσσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθηματος, εἴπερ εὐπαράγραφοι εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσηρόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοῦ, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρόδημων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναετης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τοῖς καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τίς ὁ φωτίζων τοῦτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Joannis Zonare nomen præferbat. Zonare ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex cod. ms. Reg. 2815. Verum codices duo Cæsarei, quos laudat Lambecius (38), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michael Glycæ auctorem præferunt, hoc lemmate: Τοῦ σεφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hoeschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine edidit. Sed et ad calcem

(34) V. Fabricii Biblioth. Gr. ed. Harles, t. XI, p. 222.

(35) Pag. 346.

(36) Lib. iv, de Bibl. Cæsari.

(37) Contra Creyghton, p. 544.

(38) Fol. 30, v.

codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Φλωκᾶ. Promiscue vero hæc epistolas sub nomine Zonaræ sive Glycæ semper laudat Allatius, lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, n. 17; lib. III, cap. 15, n. 8, cap. 16, n. 24; cap. 18, n. 8, et contra Creygiomem (39). In quibus quidem locis quasdam ex iis integras excerpit, ita ut, cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Et duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cujus meminimus, tum ex viris primæriis aulæ Cpolititanæ quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios præteream, mentio occurrit apud Nicetam (40), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cujus pariter meminit Cinnamus (41).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi : tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annalæ non semel laudet (42). Unde illo multo esse posteriore non desunt qui conjiunt. Neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Joannis Zonaræ ætatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Joannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum Magnæ Ecclesiæ Cpolititanæ nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quæ in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quæ aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in Præfatione ad expositionem Nomocanonis. Quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones Commentarios non suapte sed alterius jussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus, ita tamen ut Zonaræ suos emiserit, ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. Ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam, si quidem illius sunt epistolæ de quibus agimus : quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacræ Scripturæ potius quam illustrandæ historiæ totus incumbit. Quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur ascribant, adeo ut τοὺς μὲν πέρωνος, τοὺς δὲ μοιχοῦς καὶ ἄλλους πάλιν φωνέας καὶ ἀπραγὰς efficiant (43); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cujus supra meminimus : licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis cælestibus id quod futurum sit nos posse conjectare. Ex quibus non omnino tamen conficitur Michaellem Glycam esse auctorem epistolæ de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit ejusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonaræ, qui in Annalibus (44) Deum astra condidisse scribit ut terræ ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. Jam vero Manuelem imperatorem astronomiæ plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius Vita (45). Quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot æthera Scripturæ et Patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo (46) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur : ita ut Manuelli aptari potuerit quod Calpurnius (47) de Carino imperatore cecinit :

*Utcunque tamen conspeximus ipsum  
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno  
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.*

(39) P. 544, 544.

(40) In Alexio Man. f. n. 7-9.

(41) Lib. v, n. 14, 15.

(42) Glycas p. 140, 286, 294, 297.

(43) Glycas p. 26.

(44) Lib. i, n. 14.

(45) Lib. II, n. 7; lib. v, n. 2, 8; lib. VII, n. 7.

(46) Lib. vi, n. 2.

(47) Ecl. ult.

## LECTORI.

Monitum subsequens præmittebatur Notis historicis Du Cangii quas ex calce t. II revocatas textui subjecimus. Κορυ.

*Ejusmodi sunt qui generalem præsertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonaræ quos modo recendimus, Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant : cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis Lectorem fatigaret observationibus, quam labore quovis sublevaret. Ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quæ ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat, nec pleniori oratione conscribantur. Continua gestorum series, et secundum certiores temporum notas digesta, in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat, qui prolixiores expetierit narrationes ; cum eorum qui condunt annales præcipuum sit consilium, ut univèrsali quadam rerum coqui-*

tione, Lectoris animum informant. « Ita Zonaræ illud in primis fuit, ut recte in Præfatione ait Wolfus, certam quãdam historiæ quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis membra, et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias: neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat, vel eas quæ ad Ecclesiæ seriem perspiciendam facere videbantur. » In hac igitur tot eventuum atque rerum expositione, quam Annales complectuntur, qui mundi primordia, Veterisque Fœderis historias, quæ ex sacris Libris, et ex Josepho, ac Georgio Syncello: aut res Græcicas, vel etiam Romanas, seu rēpublicæ seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet, ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quæ ille de industria omisit offerre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret, nec tamen totum, ut Quintilianii verbis utar: fatendum tamen occurrere interdum in iis multa, quæ critica indigeant manu: cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discunt authenticis, de quibus Lectorem interest admonere. Nonnulla sunt præterea, quæ locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque commodent scriptores: quod quidem in notis, quas hic in præsens edimus, pro virili præstitimus, in iis maxime quæ Byzantinæ historiæ illustrandæ conducunt, quandoquidem hosce Annales publicamus, cæteris rerum Byzantarum scriptoribus, typis rejiis hactenus expressis, adjungendos. Nam ut Theophanem, ac illius Continuatores, vel qui, ut Zonaras, Annales a mundi conditu ad sua tempora, alia forte methodo, perduxerunt, Georgium Cedrenum, Georgium Hamartolun, Symeonem Logothetam, Joannem Scylitzen, Constantinum Manassem, Michaellem Glycam, Joelem, et alios istiusmodi cum ipso Zonara compararem, absonum prorsus visum esset, cum satis et abunde sit, si quæ sunt extra usum communem, vel a cæteris intacta, in notas referantur, ex quibus scriptori lux utcumque affulgeat. Jam vero cum in universam Byzantinam historiam perpetuos, ut ita dicam, seu qui singulis illius scriptoribus aptari possint, commentarios antehac ediderim, duobus publicatis voluminibus, quorum alterum Familias Augustas et Dalmaticas, una cum urbis Constantinopolitanæ descriptione, alterum, ad mediæ et infimæ Græcitatæ Glossarium complectatur, in quo non modo vocabula mixto-barbara, sed etiam dignitates palatinæ, militares, ecclesiasticæ et monasticæ explicantur: unum supererat, ut sola duntaxat facta illustrari posse arbitrarer. Quod quidem ita a me præstitum est, ut si quid in supra memoratis lucubrationibus excidisset, subinde annotarem, idque sæpe ex scriptoribus ineditis, ne vel ex incuria nostra, vel ex memorie lapsu dispendium Lector patiatur. Sed et varias interdum lectiones ex Zonaræ manu descriptis codicibus, quos videre contigit, subinde inserimus, prætermittis interea synonymis, tanquam nullius compendii, quod et se fecisse profitetur Wolfus interpret; cujus alioquin notas priori editioni subditas, cum nostris eadē locis curavimus, littera nominis initiali W. indicatas, prætermittis quibusdam inutilibus. Atque hæc quidem priorem Annalium partem, et alteram usque ad Constantinum Magnum potissimum spectant, ubi paulo visus est accuratior, quam in iis quæ Byzantinorum imperatorum historiæ erant subjunctæ, in qua minus scientem fuisse palam est, quod et ipsemet ingenue agnoscit; quemadmodum et Xylander in notis ad Cedrenum singulis fere locis, qui res Byzantinas spectant, non modo hæsitare cogitur, sed fatetur ultro vocum sibi insolentium, partim hybridarum ac *μεισογράφων*, partim prorsus et ad apud Latinos et apud Græcos peregrinarum, notiones ignotas, nec alibi lectas: quod non omnino mirandum, siquidem hac tempestate, nulli tum fere essent editi Byzantinæ historiæ scriptores, et in iis illustrandis nemo ex tot viris eruditissimis studia sua hactenus contulerat.

## HIERONYMI WOLFII

IN

### JOANNIS ZONARÆ ANNALES

#### PRÆFATIO,

*Ad magnificum et generosum virum D. Antonium Fuggerum Kirchpergæ et Weissenhorni dominum, Cæsareæ majestati a consiliis, etc.*

Opus hoc historiarum Joannis Zonaræ, viri sua ætate in Cpolitano imperio clarissimi, longo jam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quæ in eo continentur, tum ob brevitate, h. m. n. b. u. s. vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. Neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta om-

nium historicorum evolvere. et præcipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostræ concessum est, usque ad hanc ætatem, ignorare turpissimum. Nam si Cicerone auctore inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque præsens est se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus præsentibus adjungit atque adnectit futuras, facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam ætatem non progreditur. Ac præscientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur: etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adjuti vel usu rerum edocti ea prædicunt quæ multo post futura sunt. Quæ quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria hæc in uno homine conjungerentur: præteritarum autem ignoratio in homine litteris vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. Neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturæ nostræ imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. Quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? Videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiæ tribueretur. Nec injuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitæ partem nihil agentibus, majorem male agentibus, totam aliud agentibus elahi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. Supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum, honoris, potentiae, pecuniæque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem: quæ si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quemdam converterentur. Nunc quia nomen inane multi jactitant, perpauci vero ita sunt morati ut recta ratio postulat, sit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum æque atque ridiculum habeatur. Idque haud scio quam recte. Neque enim disciplinæ aut vitæ genus ob hominum incitiam aut perversitatem jure traducitur: et qui iam severe judicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probabunt. Homines enim sunt ut cæteri, et iisdem affectibus obnoxii: et parum liberale est unum atque alterum nævum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philosophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturæ præscriptum coercerentur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. Postulare autem ut si sese infra omnes infimos homines abjiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est incitiae atque superbiae. Sed ad historiam redeo, quæ cum crassior quaedam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate conjunctam. In qua quæ præcipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet: « Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiæque et partum et actum imperium sit. Labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque rei publicæ quod inire capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. » Hactenus ille. Sed et Cicero, præterquam quod ait « nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum, » magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis appellat. Quæ cum vera esse non negem (neque enim quorundam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium ætatum consilia, acta, eventus restimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanæ stultitiæ, improbitatis et miseritæ, et speculum longe illustrius vitæ privatæ et politicæ, quam ulla comœdia aut tragœdia? Quæ cogitatio in hujus operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo observata est. Sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebræa sive Græca tractarentur, cramben eandem repeti, cantinellam eandem cani videbam: omnia plena errorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, præstigiatorum, ærumnarum, disensionum, cædium, excidiolorum. Ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatum, neque inanem exstitisse divinam execrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinæ, ubique serpentis insidiæ appareant. Boni et simplices pauci sunt: et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maximo improborum et callidorum numero opprimuntur. Et quanquam naturæ hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum hujus universalis Opificem, et ad tuendam ac juvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. Annon ita plerumque vivitur, ut quemadmodum feræ in solitudine et silvis, pisces in flumi-

nibus et mari, volucres in immensis illis aeris spatiis, magna ex parte quasi naturæ quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem cæterorum in suam prædam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? imo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. Interea theologi de justo Dei judicio, de præmiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrigenæ illi fratres, acutis exacerbata linguæ pugionibus confortant, eundemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud injuria dubitari queat an .. sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. Philosophi de officiis præcipiunt, et ipsi ab officio sæpe discedunt: neque fere usquam plus est injuriæ quam ubi juris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiae quam in summa sapientia persuasionem. Quæ quidem sapientia consuetudinis inveterata, acceptæque a majoribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. Hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimæ) diversitatem capitales inimicitia, seditiones perniciosæ, bellaque atrocissima. Inter hæc alii fremunt, alii gemunt, aliqui rident, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conquærentur. Nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi: in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem! Sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam disciplina et ratione, καὶ τὸν ἐπιχώριον, ut Aristophanes ait, ἀσχοῦμεν τρόπον. Pauci enim ea sunt vel prudentia vel animorum constantia præditi, ut cum vitis et erroribus suorum temporum pugnare possint. Ita quasi fato quodam præcipites in vitia ruimus, et ex vitis in calamitates. Quæ fortasse minus multæ aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reliquos adhuc in natura nostra divinæ lucis igniculos in tantis fortunæ tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. Quod si fieret, non toties fatum fatui et cæcam fortunam cæci accusaremus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nominibus velaremus. Nulla quidem est in terris vel sapientiæ vel virtutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium:

*Uno minor est Iove: dives,  
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,  
Præcipue sanus,*

aut apud Gellium ἀλώτορας, ἀνεχθίαστος, ἀπαρμεπόδιος, ἐλεύθερος, εὐπορος, εὐδαίμων. Qualis, ut opinor, nemo unquam fuit neque futurus est. Omnibus enim, quod satyricus perfacete addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando molesta est. Quod utinam minus crebro et in dictis et in factis præstantissimorum virorum cerneretur! Alioqui doctrinam divinarum humanarumque rerum et integritatem et minus controversam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium ærumnis longe paucioribus premeretur. Sed tantam esse recordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos et alios esse velimus, id vero est dolendum. Quid enim obstat, morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia voluptatum atque libidinum cumulamus, hæc sæpe quasi refugientem ultro atrossimus), quominus etiam in terris aliquo modo beati simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter communicarem. Nam pestilentia quidem et sterilitates et terræ motus et siccitates et inundationes, et si quæ sunt ejus generis alia publica mala, in unius hominis ætatem rarius incidunt. Bella vero nulla naturæ necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia præstare ceteris et civis suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel æmulatione vel avaritia vel crudelitate existunt, et longe majorem malorum omnium molem secum trahunt quam quæ naturæ nobis necessitas imposuit. Ne vero cæteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos clero tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se præberent: qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque, jura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem medioeria ingenia corrumpunt, aut cæteros quietos et tranquillios esse non patiuntur. Sævum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni sævit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannia, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quæ Mars ejaculetur: pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius κοσμοκράτορες. Nam vis et fraus, jure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. Quod etsi ita in prompta est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitæ humanæ sive comico-tragediam sive tragico-comœdiam et miseriam simul et vanitatem impellitur: quæ nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, majori studio et ardentioribus votis expellendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores et moderatiores efficere. Nam tragicos casus, quorum plene sunt historia, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et injustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impigisse. Cujus rei Zonaras noster exempla pene innumera, in postremo tomo præsertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignorarem) compendio proponit. In quo etsi alii alia desiderare



possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus ejus egregius atque institutum præclarum fuit, certam quamdam historię quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cœnas ejus etiam postridie delectare. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat vel eas quæ ad ecclesię seriem perspicendam facere videbantur, consilio judicioque suo. Quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. In bona tamen spe sum, fore plures qui avide accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. Morosorum vero et obtrectatorum querelas atque arales quis hominum dœorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet: ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. Non inficior posse videri Zonaram alias prolixiorē, ut in Judaica historia, alias breviorē, ut in exterarum gentium rebus gestis. In quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persectus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. Nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotij atque adeo infiniti, ut taceam non semper esse fructuosum. Ac parum abeat quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere student. Insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe: consecrari singula curiositatis potius est quam eruditionis. Si geographicis, qui totius terrę formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? Jam quod ad eloquentiam attinet, contiones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. Nam fluitantes populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel prætextus quosdam bellorum et subites occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

*Occidit miseros crumbe repetta magistros,*

inquit ille, et alio loco

*Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,  
Gaudia, discursus nostri farrago libelli.*

Quæ cum ita se habeant, et Philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiæ limitibus includi possint, præcipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. Quam ad rem non parum adjumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspiciatus ad suam usque ætatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. In quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex Litteris sacris, Josepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. Quæ nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotæ essent: cui nos ut divinitus edocio religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere jubet ac cogit. Ut ut sit, auctorem eo antiquiorem et certiorē non habemus. Est enim Judaica historia veluti fundamentum aut principium cæterarum omnium: et gentis illius mirum quoddam fatum, ut pene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversariis, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. Qualem nihil in cæteris populis cernitur: quorum historię, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Ægyptiæ, Assyriæ, Persicæ, Macedonicæ, Romanæ. Quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxī, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. De cujus argumento hactenus. Nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formæ, sed pro varietate auctorum e quibus hæc petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo præsertim, qua ætate Græca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. Desideravi et ipse nonnihil, parcimoniam in primis Demosthenicæ orationis, quæ meo palato longe fuit gratior et ad convertendum non tantum jucundior sed etiam facilior: ut ut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. Nam in hoc auctore multæ sunt aut mihi certe esse videntur περισολογίαι, quæ ut Græcum sermone suo quodam genio sæpe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestæ futuræ erant. Eaque de causa, ubi citra sententiæ detrimentum fieri potuit, a me alicubi prætermisissæ sunt. Idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Joachimi Camerarii et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. Imperitorum autem et obtrectatorum judicîa, quæ vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilîa tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendæ. Concessa omnibus est ab invidia et imperitiâ ad æquitatem et eruditionem provocatio. Idem mihi jus, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et in dialogicis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina et pronomina quædam et verbum inquit et alia hujusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. Quis enim non malit

cum Aristoxeno redire in latomias, quam eandem cuculi cantilenam audire toties? Ut enim Græci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quæ præteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem veluerit, næ is in horrendam et ineptam incidet loquacitatem? Qui igitur interpretem huiusmodi salebras sine ullo sententiæ detrimento vitantem vel negligentiam vel male fidei accusant, suam vel incitiam et iudicii inopiam vel morbum animi et, nulla de causa maledicendi libidinem produunt. Neque tamen indulti mihi nimium. Nam quod Plato ait, ei qui in disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienæ linguæ inter, reti cogitavi. Quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itineris præcessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis conjunxit, interpres et minus laboris et plus laudis capit: sin illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienæ culpæ dare pœnas etiam interpres cogitur. Nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum immutare vix conceditur. Ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus ejus non multo melius quam arena sine calce cohærentibus. Quæ vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendæ et exornandæ impense student, ab auctoris sententiis longe aberrent, et gravissimo perfidiæ crimine se obstringant. His incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Joannes Jovianus Pontanus præclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum cœlestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitratu et collocaret et exornaret. Sed tanti viri exemplum ego imitari, præsertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus neque possim neque ausim. Illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meæ paupertas pateretur, quam minimè aspera uterem aut barbara. Nec tamen ipse mihi ubique satisfacere, et in meæ infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorum non incidissem. Non quod hunc reprehendam; sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annualium locum non habet. Ubertatem Livii quæris? at orationis divitiæ cum paupertate rerum conjungentur. Diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in inimensum volumen excrescet historia, nec jam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. Nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas scilicet historias legat. Quas si omnes meminuit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, comparet. Quæ ratio ne quoque movet ut non conquirerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perducum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocumque tandem eventu. Nam ut de conversionis ipsius ærumnis laceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu difficillimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλιγραφίας; studium unde infinita errata oriuntur ex facili notarum mutatione: quæ cum alicubi non dissimiles sint, vim diversissimam habent. Unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se Latina verba ex cognitione rerum assecutum proficitur, ita ego sæpe de variatæ lectionis sensu et constructione divinare sim coactus, ratione plane præpostera. Nam et verba rerum, et litteræ verborum notæ ut essent sunt inventæ. Neque tamen hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi codices suppeditati fuissent. Quorum tres e tua bibliotheca accepi, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis exemplo ac multo rerum usu parta clari, Joannis Derschwam, qui in fronte vetustissimi illius codicis hæc verba scripsit: « Chronicon Joannis Zonaræ duobus tomis distinctum, quorum prior historiam Judaicam potissimum ab exordio mundi usque ad Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Græcorum quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum complectitur: anno Domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata (quam olim κέρα; sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Cantacuzeno: cujus familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub Turcico dominatu ad privatam conditionem redacta est: ab eoque rogatus sum ut hoc opus aliquando excuderetur, et impressi codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatam. Præterea secundum Zonaræ tomum de imperatoribus conferendi gratia ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis comparavi. Alium item Zonaræ libellum de rebus imperii et Ecclesiæ a Constantino usque ad Justinianum imperatorem ex vetusto codice transcribendum curavi. » Hactenus ille. Quartum codicem, qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus ornamentis amplissimi viri, domini et Mæcenatis mei, Joannis Jacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. Denique præter omnem spem et expectationem meam accessit Viennensis bibliothecæ codex integer, benignitate singulari clarissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydprug, etc., ultro suppeditatus: quem totum, adjutore Jeremia Martio, præclaræ indolis adolescente (cujus in hoc opere Græce Latineque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. Qui sicubi ambo non satisfecerunt, cæteros quo-

que tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo æstimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. Si qua, in diversitate illa, inomenti alicujus esse videbantur, ad finem operis ascripti. Manifeste vero prætermissa aut depravata non adnotavi. Cujus enim dementiæ fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? Ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quæ lectio vera sit, quæ prætermissa, quæ addita ex supervacuo, quæ depravata sint. Neque his contentus, indicem quoque adjeci: quod genus operæ, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vindicat, præsertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti cœperam. Quid multa? Confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum: in id certe operam dedi. Sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunæ eam esse culpam, infelicitatem meam, quæ cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum noceat. Neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam præstare queam. Ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequuntur, gratulabor potius quam invidebo. Cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si cæ lucubrations meæ illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitæ fuerint, non iniquo animo scendum erit meum privatam dedecus (si quod tamen infelicitis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicæ litterariæ utilitate conjungi, cui ex animo consultum esse et volo et volui. Vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abjecimus), sed si fati aliter visum est, hoc quoque æqui bonique faciendum erit.

Atque hæc de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam Præfationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentia crimen dissimulando venirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte ætate meditatatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus præcipitur, ut alte spectans atque ad cœlestem sedem et æternam domum contuens, neque sermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus: ut illud Græci poetæ de te dici possit:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,  
Βαθείαν δλοκα διχ φρονῶν καρπούμενος,  
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Æschylus, ut affirmet eum virum optimum esse male quam videri, cujus animus tanquam ager secundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honorum consiliorum et quæ inde oriuntur actionum quamdam quasi segetem proferat. Quæ, si per omnem ætatis tuæ decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuæ aures satis scio non ferent. Quæ igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. Idem enim est gloriæ quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. Nihil (ut eloquentiæ Romanæ parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet: famæ æmo unquam Imperare potuit. Non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos injici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox ejus audiatur. Prædicabit illa non tantum ornamenta fortunæ, ob quæ cum beatus habearis, tu ea umbræ parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus. in re et publica et privata, animi constantiam et æquabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a majoribus acceptas et feliciter conservasti et sine cujusquam injuria amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Lascinius, Carinos, Tonneros, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem mereor, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas ærumnas tuâ liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunæ casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sicut affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem ætatem exhausti labores non contulerunt. Ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse Regii Vatis oraculum, qui frustra ante lucem surgit et panem comedi doloris, Deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. Etsi autem in tanto opere neque dormitare neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses,

quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni anteacta vita mea comparentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monumento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. Faxit Deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum poeniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustæ Vin delicorum, ex bibliotheca herili: Kalendis Novembris, anno a Nativitate Domini MDLVI.

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

## JOANNIS ZONARÆ ANNALES.

### I PRÆFATIO.

Negra acciderunt, quæ de sancto Aretha narratur. Cavades vero Manichæos suæ ditionis omnes occidit, eorumque episcopum, et libros 66 combussit, quod unum ex illis suis in detestandam illam hæresim pellexissent. Tum etiam Anabargos, seu Anabarsa, secundæ Ciliciæ metropolis, terræ motu concidit, et Edessa, urbs illustris Osroenæ provinciæ, submersa est, cum Scirtus fluvius, qui eam mediam perfluit, exundasset, et urbis ædificia defecisset, atque avexisset, et cives partim ruina, partim undis oppressisset. Aliquot diebus lapsis, aqua imminuta, lapidea tabula in ripa fluminis est reperta, cui notis hieroglyphicis inscriptum erat: *Scirtus fluvius male saltabit civibus*. Concidit et semissis Pompeiopolis, urbe media dehiscente, in eoque hiati multi mortales viventes adhuc perierunt, cum opem nemo ferre posset. Tum etiam mulier quædam e Cilicia instar gigantis fuit, cum proceritate corporis, tum aliorum membrorum proportione. Nam supra quosvis proceros viros integrum cubitum eminebat, pectore et humeria supra modum latis, cum et cætera omnia, ut vox et facies, brachiorum et cubitorum firmitas ac magnitudo, et digitorum crassitudo et reliqua longitudini et latitudini responderent. Justiniano post Vitaliani, eadem magistro militum creato, rerum omnium administratio ei incumbebat. Cum autem principes aliquando imperatorem orarent ut magistrum militum collegam ascisceret, purpura prehensa, *Vobis, inquit, optandum est, ne hanc junior aliquis induat*. Ac tum quidem preces eorum sic elusit. Illi vero, parvo tempore interjecto, nobilissimi titulum Justiniano decreverunt, et ab imperatore impetrarunt ut id decretum suis litteris comprobaret. Neque multo post in valetudinem incidit ex vulnere cruris, morboque in spe vitæ dubia invalescente, patriarcha Epiphanio et primoribus advocatis, Justinianum nepotem imperatorem decernit, et suis manibus ejus capiti diadema imponit. Cumque populus in equestre theatrum convenisset, Justinianus coronatus ingreditur, et ab omnibus faustis acclamationibus exceptus, in regiam revertitur, annos xlv natus eo tempore. Statim etiam uxor ejus Theodora est Augusta appellata: neque multo post Justinus in vivis esse desiit, cum annos ix et dies xx regnasset.

Varie lectiones et notæ.

(71) Καὶ τὸν Ἰουστινῶν ἐπίτροπον. Theophanes an. 3 Just.

(72) Τζάδοσ. Chron. Alexandr. an. 4 Just. Theophanes an. 5.

(73) Υἱὸσ τοῦ βασιλέωσ. Vide dissertat. xxii, ad Joann. Hillam.

(74) Καὶ βασιλεὺσ. Hoc loco non rex, ut legitur Wolphius, sed imperator, reddi debuit. Vide Chron. Alexandr. et Theophan.

(75) Ἀάβωρ. Tzetzes in Lycophronem: Οἱ δὲ Ἰακχῶν καὶ Ἀάβωρ λεγόμενοι, Ἀλυπτιῶν ἀποικοὶ εἰσι, κτλ. τῶν οἰκούντων· Ἀδασγῶν τῶν καὶ Μασσαγετῶν καλούμενων.

(76) Ἐνὸσ τῶν συγκλητικῶν. Valerianam, Oni-ni patricii et europalatae filiam. Chronicon Alexandrinum.

(77) Ἄριτοσ Ἀρέθαν. Theophan. an. 5 Justini, et Menæa ad 24 Octobr.

(78) Ἐπὸ σεισμοῦ. Terræ motu everas Anazarbam, Edessam, et alias urbes scribit pariter Evagrius, c. 8, quæ ad annum 7 Justini revocat Theophanes.

(79) Σκιρτόσ ποταμόσ. Vide Nicol. Alemannum ad Hist. arcanam Procopii, c. 18.

(80) Γυνή τις. Theophan. an. 7 Just.

(81) Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηλάτοσ. Justinianus

νατον Βιταλιανῷ προβληθέντος, ἐκείνῳ ἀνεῖτο ἡ πᾶσα διοίκησις. Καὶ ποτε τῶν τὰς ἡγεμονίας ἔχόντων δεομένων τοῦ βασιλέως κοινονὸν τῆς βασιλείας ἐλθεῖν τὸν στρατηλάτην, ἐκεῖνος τῆς ἀλουργύδα· ἀψάμενος, Δι' εὐχῆς ὑμῖν ἤτω, φησὶ, μὴ νωότερον (82) ταύτην περιβαλέσθαι. Καὶ τότε μὲν οὕτω τὴν ἐκείνων δέσιν διεκρούσατο. Οἱ δ' αὖθις μετ' οὐ πολὺ ψήφισμα ἔθεντο, τὴν τοῦ νωβιλλισμοῦ (85) ἀξίαν τῷ Ἰουστινιανῷ ἐπιψηφίζόμενον, καὶ τὸν βασιλέα ἤθουν κυρῶσαι τὸ ψήφισθῆν· καὶ ὃς εἰξας γράμμασις οικείοις τοῦτο ἐκύρωσε. Τραύματος δὲ οἱ γενομένου περὶ τὴν κνήμην, κληήρης ἦν. Ὡς δ' ἡ νόσος ἐκραταιοῦτο, καὶ ἀμφίβολον ἦν αὐτῷ τὸ βιώσιμον, μετακαλεῖται τὸν πατριάρχην Ἐπιφάνειον μεταπέμπεται δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει· καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιθεοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν αὐτὸς, τῇ ἐκείνου κεφαλῇ περιθεὶς τὸ διάδημα. Καὶ εἰς τὸ τῆς Ἰππηλασίας θέατρον τοῦ δήμου τῆς πόλεως ἀθροισθέντος, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς ἱσταμένους ὁ Ἰουστινιανός, καὶ παρὰ πάντων εὐφρηθεὶς, ἐπαινῆκεν εἰς τὰ βασιλεία, τεσσαράκοντα καὶ πέντε τότε τυγχάνων ἡμετέρων. Αὐτίκα δὲ καὶ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ Θεοδώρα ἀνεβρέθη Ἀδύουστα, καὶ μετ' ἄλγον τῷ Ἰουστίνῳ ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, βασιλεύσαντι ἑνέα ἐτη (84), ἐφ' ἡμέρας εἰκοσι (85).

VI. Justiniano principatum **81** adeptus, non A unius, sed duorum potestas fuit, cum uxor ejus non minus ipso, ac potius plus posset. Fuit hic imperator aditu facillimus, ad pœnam irrogandam æque promptus atque ad accusationes audienda: pecuniam et temere profudit, et per fas ac nefas comparavit, aliam in ædificia, aliam ad exsequenda consilia sua, aliam in rem bellicam et contentiones eorum, qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, cam rationibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis qui colligendi argenti vias ostenderent. Neque vero ille sic affectus erat; imperatrix vero illi sive licentia, sive quovis modo faciendæ pecuniæ solertia cedebat. Sed et inaritum longo intervallo patientia superabat, et novos eos- B que varios quæsius ingeniosissime reperiebat. Hinc subditi gemino onere premebantur: nam et annua tributa exaggerabantur, et nova exco- gitantur. Alii, ut perperam de religione sentientes, multabantur; alii, ut inpedite et petulanter viventes, opibus privabantur; alii ob contentiones inter sese, alii denique aliis de causis, quæ omnes bre- viter recenseri nequeunt. Quinto anno imperii ejus cometa est conspectus, qui ob radios sursum instar facis porrectos Lampadias dicebatur, et per dies xx fulsit. Cum Persis induciæ factæ. Verum, Orientalibus provinciis pacatis, bella intestina urbem vexarunt, ejusque pulchritudinem et elegantiam ex incendio sub Leone orto reliquam consumpserunt. Nam concepto iis de causis, quas

Γ'. Ἀρξάντος δὲ Ἰουστινιανοῦ, οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς δικλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο· οὐδὲν γὰρ ἤττον (86) τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ πᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου θεδύνητο. Ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεύς· ῥῆστος μὲν πρὸς ἑντευξιν, καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολὰς, ὄξυς δὲ πρὸς ἀμυναν, ἀπειθῆς πρὸς χρημάτων ἐξάντησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν (87) αὐτῶν ἀπειθέστερος. Τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε εἰς οἰκοδομὰς, τὰ δὲ ἐν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγγανε πρὸς βουλῆς, τὰ δὲ εἰ; πολέμους, καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀντισταμένους ταῖς αὐτοῦ θελήσειεν ἑριδας. Ὅθεν καὶ χρημάτων δεόμενος ἐξελέγετο ταῦτα ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ἤδει τοῖς προφάσις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. Καὶ οὐχ ὁ μὲν B αὐτῷ δέχκετο, ἡ δὲ βασιλῆ; ἤλαττοῦτο κατὰ τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν ἐκ τρόπου παντός. Ἐβύνατο μὲν γὰρ πολλῶ τῷ μέσῳ τοῦ συνουμένου ἐπέκεινε. Ἦν δὲ καὶ ποριμωτάτῃ πρὸς εὐρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιών. Ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχθῆεν αἱ συμφοραὶ· οἱ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ μείζον ἐξῆροντο, καὶ καινοὶ προσεπινοήθησαν. Καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως βοιοῦντες ἡ ἀσελγῶς, ἐκολλάζοντο, καὶ τὰς περιουσίας ἀφήρηντο· οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων τρόπων, καὶ ἕτεροι ἐξ ἑτέρων. Πάντας γὰρ ἀ- αριθμεῖν, μακρὰς ἂν δεοίτο συγγραφῆς. Κατὰ δὲ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἀστέρως ὤφθη C φαῦσις κομήτου (88), ὃς Λαμπαδίας ὠνόμασται, ὡς

#### Varie lectiones et notæ.

omnes fere militiae gradus obierat, priusquam ad magistri militum dignitatem eveheretur. Fortunatus, l. x, Poem. xxv.

De Tyrone duces veniunt, de milite princeps.  
Ut reliquos taceam, Justinianus erat.

Vide Alemannum ad Procopii *Hist. arcan.* c. 6. (82) *Μὴ νωότερον*. Atqui trigenario major tum erat Justinianus, ut Theophilus ejus præceptor asserit, apud Alemannum ad *Hist. arcanam* Procopii, ubi hæc pluribus disquirat idem Alemannus.

(83) *Νωβιλλισμῶν*. Marcellinus comes. Vide Alemannum ad *Hist. arcan.* p. 120 edit. Reg.

(84) *Ἐννέα ἐτη*. Hinc emendandus Leontius in lib. *De sociis*, p. 470, ubi cum de imperii annis agit, pro μετὰ ἕνα καὶ ἡμισυ ἑνιαυτῶν, legendum μετὰ ἑννέα, etc.

(85) *Ἡμέραι εἰκοσι*. Addit Symeon Logotheta in *Cronon. mss.* in Justino Thrace: Καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ (Justinii) ἐν τῇ μονῇ τῆς Ἀδύουστης ἐν λάρνακι πρασίῳ μετὰ τῆς γυναίκος αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾧ καὶ αἱ στολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εὐρέθησαν. Ubi Cedrenus: Καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ἡρώῳ, ἐν λάρνακι πρασίῳ.

(86) *Οὐδὲν γὰρ ἤττον*. Vide Alemannum, ad *Hist. arcan.* c. 10.

(87) *Πρὸς συλλογὴν*. De avaritia Justiniani agunt Procopius in *Hist. arcana*, cap. 8, et Evagrius lib. iv, cap. 29.

(88) *Κομήτων*. Meminit Procopius, l. II *De bello Persico*, c. 4, cometae qui Justiniano imperante apparuit, quem Xiphiam, ab aliis Pogoniam appellatum ait, durasseque 40 dies. Vide Cedren. an. 4 Justiniani.

ἄνω τὰς ἀκτίνας ἀφίει, δὲ ἐφ' ἡμέρας φαίνωγ A  
 διήρκεισεν εἰκοσίν. Ἔθετο δὲ καὶ πρὸς τοὺς Πέρσας  
 σπονδὰς. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἐφῶν, ἐκ τῶν πολε-  
 μίων εἰρήνευον, τὴν δὲ πόλιν κατέτρεχον ἐμφύλιοι  
 πόλεμοι, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὴν ἀγλαίαν, ὅση  
 περιελέλειπτο ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Λέον-  
 τος γεγονότος ἐμπρησμοῦ, διαφθάρκασι. Μίσους  
 γὰρ ἐμφύντος τοῖς δῆμοις κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος  
 καὶ τῆς βασιλείας, δι' ἕπερ εἰρηται, ὠμονόησαν  
 ἕμφω τὰ μέρη, τότε βένετον καὶ τὸ Πράσινον, καί-  
 τοι ἀεὶ ἀλλήλοισ ἐναντιούμενα, καὶ στάσεως ἤρξαν-  
 το. Ὁ δὲ γε κρατῶν μοιράν τινα Βαρβάρων τῶν κα-  
 λουμένων Αἰλουρίων, αὐτοῖς ἐπαφεί, στήναι τὴν  
 στάσιν οὕτως ἐπικεχείρηκεν. Ἡ δ' ἀνήπτο μᾶλλον  
 μάχης γὰρ συβραγείσης μέσον τῶν δῆμων καὶ τῶν B  
 Βαρβάρων κατὰ τὸ λεγόμενον Μίλιον (89), καὶ  
 πικτόντων πολλῶν ἐκατέρωθεν, οἱ τῆς Ἐκκλησίας  
 καταπαῦσαι τὴν στάσιν καὶ τὸν πόλεμον σπεύδον-  
 τες, τὰς παναγείας τῶν θείων Εὐαγγελίων βίβλους  
 ἀράμενοι, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σεβάσματα ἐκτο-  
 πώματα, εἰς μέσους τοὺς μαχομένους συνώθησαν  
 ἑαυτοῦς, οἰόμενοι αἰδεσθέντας ἐκείνους τὰ ἅγια.  
 καταθέσθαι τὰ ὄπλα, καὶ ἀποσχεῖσθαι τοῦ μάχε-  
 σθαι· ἀλλ' οἱ Βάρβαροι τῶν ἄλλων φροντίσαντες;  
 οὐδ' ὅπως οὖν, τοὺς τε δῆμους συνέκοπτον, καὶ  
 οὐδὲ τῶν ἱερῶν, ἢ τῶν ταῦτα φερόντων, ἐφείδοντο.  
 Τοῦτο τοῖς τῆς πόλεως εἰς ἐρεθισμὸν τῆς στάσεως  
 γέγονε, καὶ ὡς περ αὐτῷ τῷ θεῷ ἐμπαρονοουμένῳ  
 ἀμύνοντες, εἰς ἀπόνοιαν ἐξήφθησαν πλείονα, καὶ C  
 οὐκ ἄνδρες μένον, ἀλλὰ καὶ γυναικες ἐκ τῶν ὑπερ-  
 ῶν ἐμάχοντο, λίθοις καὶ κεράμοις καὶ παντὶ τῷ  
 προστυχόντι βάλλοντες ἄνωθεν τὴν Βάρβαρον ἐκεί-  
 νην πληθύν. Οἱ δὲ μανίᾳ ληφθέντες καὶ ἀμύνοσθαι  
 τὰ γυναῖκα θέλοντες· πῦρ ἐνδίδει τοῖς οἴκοις ἐξ ὧν περ  
 ἐβάλλοντο. Πνεύματος δὲ σφοδροῦ κίνετος τρι-  
 καῦτα, ἢ φλόξ ἦτο τεχνίως ἀέριος, καὶ πολλὰς  
 μεγίστας τε καὶ καλλίστας οἰκοδομὰς κατηθάλωτε,  
 καὶ ἀγάλματα κατέφλεξεν ἀρχαίων ἀνδρῶν ἐπισθ-  
 μων ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ, καὶ τοῖς διὰ χει-  
 ρῶν καὶ συνετῶν βουλευμάτων ἀνδραγαθήμασι· καὶ  
 ἐπὶ πᾶσιν αὐτὸ τὸ θεῖον τέμενος τοῦ μεγάλου ναοῦ,  
 ὃν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖος (90) ἐδομήσατο, καὶ τὸ  
 τῆς Ἁγίας Εἰρήνης, καὶ τὸν τοῦ Εὐδοκίου ξενῶνα,  
 καὶ τὴν τοῦ παλατίου Χαλκοστεγον, ἧτις ἦν ἡ νῦν  
 καλουμένη Χαλκῆ, καὶ εἰς εἰρκτὴν χρηματίζουσα, D  
 καὶ τὸ Σευήρου λουτρὸν τῷ λεγόμενον Ζεῦξίππον,  
 καὶ ἄλλα πολλὰ κόσμον καὶ θαῦμα τῇ πόλει καὶ τῇ  
 βασιλείᾳ περιποιούμενα. Τότε τοίνυν ὁ βασιλεὺς  
 ἐτέρως καταστορέσαι τὴν στάσιν διανέητο· καὶ  
 ἀναλθῶν εἰς τὸ θέατρον, διαλεχθῆναι τοῖς δῆμοις  
 ἐβουλεύετο, καὶ πέμψας, ἐκεῖ τὸ δημοτικὸν μετε-

exposui, tam imperatoris quam uxoris ejus odio,  
 populi inter sese consenserunt, tam Venetæ quam  
 Prasinæ factionis, quanquam alias dissidere soliti,  
 seditionemque moverunt. Ad quam comprimendam  
 parte Barbarorum ab imperatore immissa,  
 qui Heluri nominantur, ea magis etiam commota  
 est. Pugna etenim inter cives et Barbaros com-  
 missa, in loco qui Milium dicitur, et multis atrin-  
 que cadentibus : ecclesiastici bellum et seditionem  
 sedare cupientes, cum sacratissimis divino-  
 rum Evangeliorum codicibus, et Servatoris nostri  
 venerandis imaginibus, in medium agmen pra-  
 liantium penetrarunt, rati, eos verecundia sacra-  
 rum 62 rerum, positis armis pugnam omissuros.  
 Sed Barbari, illis plane despectis, populum truci-  
 dabant, neque sacris, neque bajulis eorum par-  
 tentes. Id urbanæ multitudini velut incentivum  
 seditionis fuit, ut tanquam numinis ulturi loju-  
 riam majori desperatione inflammarentur : neque  
 viri solum, sed mulieres etiam e cœnaculis pugna-  
 rent, lapides et testas, et quidquid obvium erat in  
 barbaricam illam multitudinem superne jaculan-  
 tes. At illi, furorē perciti, ulturique mulieres,  
 ignem injiciunt ædibus unde seriebantur : cujus  
 flamma vehementi tum spirante vento, mox in  
 sublimē elata multa maxima pulcherrimaque ædi-  
 ficia in cineres redegit, et simulacra combussit  
 veterum virorum, ob sapientiam et fortitudinem,  
 et res manu consilioque bene gestas illustrium :  
 ac præter cætera, insigne et ingens templum, ab  
 imperatore Constantio structum, et Sanctæ Irenæ  
 ædem, ac Eubuli hospitiæ domum, et palatii  
 Chalcostegum, quæ nunc Chalce appellatur (ab  
 æreo tecto nomen id factum est) et carceris usum  
 præbet, et Severi balneas, quæ Zeuxippi nomen  
 habent, aliaque multa quæ urbi atque imperio  
 ornamenta et admirationem attulerunt. Tunc  
 igitur imperator aliud consilium cœpit compri-  
 mendæ seditionis, et in theatrum progressus,  
 verba facere ad populum instituit, eoque populum  
 per nuntios convocavit. Is vero adeo non obtem-  
 peravit, ut alii alios moneret, cavendum esse  
 equestre theatrum, ne in eo tanquam carcere in-  
 clusi, eorum qui rerum potirentur iracundiam suo  
 interitu explerent. Deinde in foro discursantes de  
 alio imperatore creando deliberarunt, et quemdam  
 imperatoris Anastasii cognatum Hypatium nacti,  
 partim invitum, partim etiam persuasum, in Ma-  
 gni Constantini forum adducunt, atque clypeo in  
 sublime elatum imperatorem consalutant, et occu-  
 pato curriculi equestris teatro, faustis omnibus

#### Varie lectiones et notæ.

(89) Κατὰ τὸ λεγόμενον Μίλιον. De quo egimus  
 in Constantinopoli, l. i, sect. 25, n. 2. Τῆς Μίλιου  
 λεωφόρου meminit præterea Sgurupulus in Hist.  
 consilii Florent. sect. 6, cap. 1 extr. viz scilicet  
 quædam Μέσην vulgo vocant scriptores Byzantini,  
 de qua in eodem opere l. i, n. 25.

(90) Ὁν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖος. Praefecto  
 operi Euphrata. Chronicon mss. Symeonis Logo-

thetæ in Constantio : Ἐκεῖ δὲ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Μιγά-  
 λη ἐκκλησία μέχρις αὐτῶν τῶν κατηχομένων ὠκο-  
 διμήθη, ὃ δὲ Εὐφράτης ὁ ταύτην κατασκευάτων  
 ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ νῦν γηροκομιλὸν  
 ἐστὶν ἐν τῷ λεγομένῳ Διμακέλλῳ, τὰ Εὐφράτὰ ἰσω-  
 τικῶς λεγόμενα. Vide nostram Constantinopolim,  
 l. iii, sect. 2.

prosequuntur, purpuram querentes et coronam. Populis his rebus occupatis, imperator magnis largitionibus multos Venetorum in suas partes pellexit, diremptaque concordia, eos inter sese concitavit. Quo facto, imperatorii satellites subito e regia erumpentes armati, et ex urbe alii milites, prætereaque Barbari innumerosi multitudinem quæ et ipsa jam inter se dissidebat, graminis instar ceciderunt, parcentes nemini. Refertum enim erat theatrum hominibus, cum seditionis, tum vero spectandi gratia, ob Hypatii proclamationem congregatis. Is una cum fratre Pompeio ad imperatorem perductus occiditur, bonis eorum confiscatis. E populo cæsi putantur ad xl. millia. Neque vero illorum duorum duntaxat bona publicata fuere, sed multorum præterea senatorij ordinis, deque ipsis non uno modo supplicium sumptum. Pro Magna Ecclesia a Constantio condita, quæ in hac seditione, ut expositum est, conflagravit, Justinianus aliam novam longe majorem et illustriorem exstruere aggressus est, ædificationem auspiciatus anno ab orbe condito sexies millesimo quadragesimo, indictione xv. mense Februario. Neque vero hoc duntaxat, sed et alia plura templa exstruxit: ad quorum ædificationem cum infinitis egeret pecuniis, de consilio præfecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta, in omnibus urbibus sustulit, quas, vacantibus litterarum ludis, rusticitas invasit, anao imperij ejus xvii, magna columna in vestibulo magni templi collocata, absoluta est: cui equestram suam statuam imposuit. Eo loco prius steterat columna, magni Theodosii statuam argenteam sustinens, a filio ejus Arcadio factam pondere vii millium et cccc librarum: quam ille cum columnæ demolitas, argenteo direpio eam reposuit quæ adhuc cum ejus imagine visitur. Destruxit etiam maximos plumbeos camælos, quibus aqua in urbem ducebatur, cum ejus materie multum ad structuram ei esset opus. Eo tempore maximus quoque terre motus accidit, quo Cyzici semissis concidit. Fertur etiam tum quidam canem mirificum in urbem adduxisse, ad quem spectandum confluyente populo, multi suos annulos in unum acervum congestos ante canem posuerunt, quos domini jussu, cuique suum citra errorem ore attulit. Idem rogatus quis ex iis qui adessent dives esset, quis pauper, quæ mulier meretrix, quæ vi-

Α στέλλετο. Τὸ δ' οὐκ ἠναίχετο προσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλοις παρεκαίοντο φυλάξασθαι τὸ ἐκπλήκτον θέατρον. ἵνα μὴ ὡς ἐν εἰρητῇ συγκλεισθεὶν αὐτῷ, καὶ τοῦ θυμοῦ τῶν κρατούντων γένηται παρανόλωμα. Ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἀγορὰν διεθόντες, ἕτερον βασιλεὺς ἑαυτοῖς ἐβουλεύσατο προχειρίζασθαι, καὶ τινὰ συγγενῆ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου περισχόντες Ἰπάτιον, πῆ μὲν ἄκοντα, πῆ δὲ καὶ παπεισμένον, εἰς τὸν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φέρον (91) ἀπάγουσι, καὶ ἐπὶ ἀσπίδος (92) αὐτὸν μετάρσιον ἄραντας, ἀναγορεύουσι βασιλεὺς, καὶ τὸ τῶν ἱκτων ἐκείθεν ἀμιλλητήριον καταλαμβάνουσι θέατρον. εὐφημοῦντες αὐτὸν, καὶ πορφυρίδα ἐξήτουν καὶ στέφος. Ἐν τούτοις τῶν δῆμων ἀσχολουμένων, Ἰσχυσαν οἱ περὶ τὸν βασιλεὺς πλείτων χρημάτων διανομαί, ὅπως αὐτῶν Βενέτων πολλοῦς, καὶ οὕτως τὴν τῶν δῆμων ὁμόνοιαν διαστήσαντες, χωρήσασιν κατ' ἀλλήλων αὐτοῖς πεποιηταί. Τότε τοίνυν ἀθρόον ἐκ τῶν βασιλείων οἱ προκοιτούντες ἐξέθορον ἐνοπλοὶ, καὶ τῆς πόλεως ἕτεροι στρατιῶται, καὶ οἱ Βάρβαροι ἐπεισέφρησαν, καὶ τὰ πλήθη ὡς χόρτον ἀνευ φειδοῦς ἐξεθέρισον, ἤδη καὶ πρὸς ἄλλα στασιάσαντα· μετὸν γὰρ ἦν ἀνθρώπων τὸ θέατρον, τὸ μὲν τῆς τῶν στασιάζοντων μοίρας, τῶν δὲ γὰρ κλειδίων κατὰ θέαν τῶν γινομένων, καὶ τῆς τοῦ Ἰπατίου ἀναρρήσεως ἠδουσιμένων. Τὴν δὲ Ἰπάτιον (93) συλλαβόντες, καὶ Πομπήτιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τῷ βασιλεὶ προσήγαγον, οἱ καὶ ἀνηρέθησαν, καὶ αἱ περιουσίαι αὐτῶν ἐδημεύθησαν. Τῶν δ' ἐκ τοῦ δήμου ἀναιρεθέντων εἰκόσθη εἶναι ὁ ἀριθμὸς ὡσαύτ' ἑσσαράκοντα χιλιάδες. Οὐχὶ τῶν εἰρημίων δὲ δύο ἀνδρῶν μόνον ἐδημεύθησαν αἰ. οὐσίαι, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν πλείωνων συγκλητικῶν· κάκεινοι δὲ πολυειδίως ἐκολάσθησαν. Ἐν δὲ τῇ σκάσει ταύτῃ, ὡς εἴρηται, τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας καθέλιθη, ἥς δομήτωρ ἦν ὁ αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖος, ἑτέρας πολλῶν μετὰ περιφανεστέραν δὲ βασιλεῦς Θεοστυνιανὸς ἀπήρξατο καινούργην (94), τῆς οὐκ ἐδομητῆς αὐτῆς ἀρχιεπιστοῦ, κατὰ τὸ ἐξακισχιλιῶν τεσσάρων ἑκατοσίων ἔτος, ἡδικοτηνὸν πεντακαθεκτάτης ἐπισημμένης, ἐν Φεβρουαρίῳ μηνί. Οὐ μόνον δὲ τὸν ἐπὶ τούτῳ δόμον ὁ βασιλεὺς ἐκείνος ἐδέματο, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείονας, ἐν οἷς ἀλείρων χρημάτων θεοστυνίου, τὰς τυπωθείσας ἀνέκαθεν ἐν ἐκάστῃ τῶν αἰώνων δίδωσθαι αἰτήσεις τοῖς ἐν αὐτοῖς διδασκαλοῖς τῶν λογικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν, ὀποθητικῆς τῆς ἐπάργου, ἐξίκοσα, καὶ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν

#### Variae lectiones et notæ.

(91) *Κωνσταντίνου φέρον*. In throno imperatorio Amphitheatri coronatum habet. Chronicon mss. ab Adamo ad Leonem Phil. in Justiniano: Ἰπάτιον δὲ παρὶτιον εὐφημίαν ἐν τῷ καθίσματι στέφανος. Neo ab Iudith Theophanes: Καὶ καθίζομενος ἐν τῷ ἱπικῷ, εὐφημεῖται ὑπὸ τῶν δῆμων.

(92) *Ἐπὶ ἀσπίδος*. De hoc more egere Pithæus. l. ii Advers. c. 6, Lipsias ad Tacitum, Dematerus ad Carippum; Valerius ad Ammianum, et alii non pauci.

(93) *Τὸν δὲ Ἰπάτιον*. Mementi præ cæteris Hypatii et Pompeii cædis Joannes Carpathi episcopus in Narrationibus mss. de Anachoretis Ægyptiis:

Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀπέσας οὐκ ἐπαύθησαν ὁ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ βασιλεύει ὁ Ἰουστινιανὸς εἰτα μετ' ἄλλων χρόνων ἐπιανίστανται αὐτῷ Ἰπάτιος καὶ Δεξιοκράτης καὶ Πόμπιος, καὶ αὐτοῖς Εὐλόγιος (qui ex latomo et monacho, invento thesauro, factus fuerat præfectus prætorio) ὁ ὕπαρχος· καὶ οἱ μὲν τρεῖς ἀπεκατέστησαν, καὶ ἀηρηκῆθη πάντα τὰ αὐτῶν, καὶ ἡ οὐσία τοῦ Εὐλόγιου, etc.

(94) *Ἀπήρξατο καινούργην*. Architecto vobis Anthemio mechanico, uti obsecravimus in nocturno Constantinopoli: cujus præterea meministi Eustathius II. 7, p. 515. edit. Rom.

διδασκαλείων ἰσχυροτάτων, ἀγροικία τῶν ἐν αὐταῖς· A dua, quæ uxor, et id genus alia : ea quoque  
κατεκράτησε. Κατὰ γε μὴν τὸ ἑπτακαίδεκατον ἔτος omnia absque omni errore demonstravit, veste  
τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ὁ κίων ὁ μέγας, δὲ ἐν τῷ eujusque 64 ad quæstionem ore prehensa.  
προσαυλῷ τοῦ μεγάλου ναοῦ καθίδρυται, τετελειώται, ἐφ' οὗπερ οἰκεῖον ἀνδριάντα ἐφίππον οὗτος ἰ  
βασιλεὺς ἀνεστήλωσεν, ἔνθα πρὶν ἕτερος Ἰστατι κίων τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου φέρων στήλην ἐξ ἀργύρου  
πεποιημένην παρὰ τοῦ ἐκείνου παιδὸς Ἀρκαδίου, ἔλκουσαν σταθμὸν λιτρῶν ἑπτακισχιλίων τετρακο-  
σίων, ἦν καθελὼν ἐκεῖνος μετὰ τοῦ κίονος, καὶ τὸν ἀργυρον ἀφελόμενος, τὸν νῦν ὀρώμενον μετὰ τῆς  
οἰκεία· στήλης (95) ἀνέγειρε κίονα. Ἀλλὰ καὶ ὄλκον μέγιστον ἐκ μολύβδου ἐξείργασμένον, δι' οὗ τὸ  
ὑδωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσάγεται, καταλέλυκε, πολλῆς ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς ὕλης ταύτης δεόμενος. Καὶ  
κίονος τότε τῆς γῆς συνέθη ἀφοδρότατος, ἐξ οὗ συνεπτώθη τῆς Κυζίκου τὸ ἡμισυ. Ἰστορεῖται δὲ  
τις τότε τῷ Βυζαντίῳ ἐπιδημῆσαι ἔλκων κίονα τερατοουργόν· πολλῶν γὰρ εἰς θίαν (96) αὐτοῦ συνηγμέ-  
νων, ἐδίδων πλείους ἐκ τούτων τοὺς ἑαυτῶν δακτυλίους, καὶ πάντες ὁμοῦ πρὸ τοῦ κυνὸς κατετί-  
θεντο. Ὁ δ' ἐκλειύστο πρὸς τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἐκάστην παρασηκίονα τὸν ἔβων, καὶ τῷ στόματι λαμβάνων  
αὐτοὺς, καθ' ἕνα ἀπλάνως ἐκάστην τὸν οἰκεῖον ἀπέναίμει. Καὶ αὐθις προσετίθειτο δεῖξαι τίς μὲν τῶν παρόν-  
των εὐπορος ἦν, τίς δὲ πένης, ἢ τίς πόρνη τῶν γυναικῶν, ἢ τίς χήρα, τίς δὲ συνεζεύγμένη ἀνδρὶ, καὶ  
ἕτερα ταυαῦτα, καὶ πάντα ἐδείκνυεν ἀνεπισφαλῶς, ἐκάστην πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ ἱμάτιον κατέχων τῷ στόματι.

Z. Τῷ μῆντι δεκάτῳ ἔται τῆς ἀρχῆς Ἰουστινιανοῦ, B VII. Epiphania patriarcha decimo anno Justini  
τοῦ πατριάρχου Ἐπιφανίου θανόντος, ὁ Τραπεζοῦν-  
τος Ἀνθιμος, εἰς τὸν ἱερατικὸν θρόνον τῆς Κωνσταν-  
τινουπόλεως μετατίθεται. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ  
κατὰ τῶν ἀνδρομανῶν (97) πολὺς ἔπνευσε, καὶ  
κλείστους διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκώλασε, τὴν  
αἰδῶ (98) τούτων ἐκτέμνων. Καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον,  
διὰ τί ταύτη τοὺς ἀββενοφθόρους κολάζει, ἔφη,  
Εἰ δ' ἄρα Ἰερουσαλήμασιν, οὐκ ἂν τὴν χεῖρα  
τούτων ἀπέτεμον; Οὗτος καὶ τὴν μέγαν ἐν τῇ  
Πηγῇ νῶν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε, καὶ τὸ τῶν  
σεπτῶν μαρτύρων ἱερὸν Σεργίου καὶ Βάχχου (99),  
καὶ ἄλλας οἰκοδομὰς πολλὰς ἐποίησεν· καὶ γέφυ-  
ραν ἔκτισεν κατὰ τὸν Σάγγαριν ποταμὸν, ἐν ᾗ καὶ  
ἐπίγραμμα (1) παρὰ Ἀγαθίου ἐγένετο τοδε·

Καὶ σὺ μὲθ' ἑσπερίην ὕψαύχιστα καὶ μετὰ Μήδων  
Ἔθνεα, καὶ κάσαν βαρβαρικὴν ἀγέλην,  
Σαγγάριον, κρατερῆσι ῥοδῶ ἀψίσι πεδηθείς,  
Ὀὕτω ἐδουλώθης κοιρανικῇ παλάμῃ,  
Ὅ πρὶν δὲ σκαφέεσσιν ἀνέμβατος, ὁ πρὶν ἀτηρῆς,  
Κεῖσαι λατῆρ' σφιγκτὸς ἀλυκοπέδῃ·

Ἡ δὲ βασίλις Θεοδώρα τότε τὸν τῶν Ἀγίων Ἀπο-  
στόλων περιώνυμον ναὸν ἐδομήσατο. Ἦν μὲν γὰρ  
καὶ πρῶτη τοῖς Ἀποστόλοις ἐκεῖσε ναὸς, παρὰ  
Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου  
ἐδομημένος· οὐχ ὅσος δὲ ὁ νῦν ἔστι, πολλῶν δὲ τού-  
του, καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ὄγκον λειπόμενος.  
Ὀνομαζομένη (2) δὲ ποτὲ τῆς πρεσβυτέρας βασιλεύουσιν-

#### Variae lectiones et notæ.

(95) Μετὰ τῆς οἰκείας στήλης. Vide Alemann. D  
ad Hist. arcan. c. 11.

(96) Πολλῶν γὰρ εἰς θίαν. cod. mss. Πολλῶν  
γὰρ εἰς θίαν ἀθροισμένων αὐτοῦ, πολλοὶ τούτων τοῖς  
ἑαυτῶν δακτυλίους ἐτίθουν πρὸς τοῦ κυνὸς ὁμοῦ  
συνηγμένων, καί, εἰς.

(97) Ἀνδρομανῶν. Cedren. an. 2 Justiniani.

(98) Τὴν αἰδῶ. Cod. mss. τὴν αἰδῶ ἐκάστου ἐκ-  
τέμνων. Vide Alemannum, ad cap. 11 Hist. arcan.

(99) Καὶ τὸ τῶν σεπτῶν μαρτύρων ἱερὸν Σερ-  
γίου καὶ Βάχχου. Juxta Hormisdæ palatium, ut  
doenimus in Constantinopoli Christ. I. iv, p. 135.  
Concilium Constantinopolit. sub Mena act. 4. Ἐν  
τῷ σεπτῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεργίου ἐν

Navibus infestum prius indomitumque feroci,  
Flumine, marmoreis te quoque compedibus,  
Sangari, post Medos domitos, fractosque superbus  
Hesperia populos barbariamque feram,  
Regia dextra suo constrinxit numine, tutumque  
Impete suppresso nunc patfecit iter.

Condidit tunc et Theodora Imperatrix celebrem  
illam Sanctorum Apostolorum ædem. Fucrat qui-  
dem prius quoque ibi ædes eorumdem, a Constan-  
tino ædificata : non tamen huic similis, sed ea et  
magnitudine et pulchritudine multo inferior. Ho-  
norio quondam Romæ veteri imperante, gens Van-  
dalica relictis sedibus in Hispaniam se contulerat.

τοῖς Ὀρμισθοῦ. Proinde illa ipsa est ædes, que  
nude τὸ ἅγιον ἀποστολῶν τῆς Ὀρμισθοῦ, et τὸ δ'  
ἐν τοῖς Ὀρμισθοῦ, dicitur.

(1) Ἐπίγραμμα. Refertur etiam a Constantino  
Porphyrog. lib. 1, Them. 5.

(2) Ὀρωπλον. Cum Zonaras hoc loco regnum  
Vandalorum in Africa Historiam breviter satis  
perstringat, haud incongruum forte videbitur si  
prolixiori paulo excessu hanc rursus hic propo-  
nam, utque provincia illa, ex quo Romani juris ab  
Africanis Scipionibus facta est, in Barbarorum ju-  
potestatemque venerit. Atque ut rom altius repei-  
tam, Theodosius M. liberis, quoad adulescerent,  
tutores reliquit Rufinum et Stiliconem, qui strau-

atque inde freto trajecto cum rege Gondigisio in Africa condecorat. Eo mortuo, duobus filiis Gun-

τος Τόμης, μεταναστάν τὸ τῶν Θιανδρίλων ἔθνος, καὶ εἰς Ἰσπανίαν ἐλθόν, κάκειθεν εἰς Ἀσίην δια-

Variae lectiones et notæ.

que aulam regerent. Hi, commissa sibi tutela et administratione prave uelentes, alius sibi, alius filio suo affectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas reipublicæ scelus ambitus tegetet, gentes Barbaras in Romani Imperii ditiones ille immisit, hic fovit. Has inter Vandall et Alani pridie Kal. Januarias anno Chr. 406 trajecto Rheno Gallias intraverunt, quibus ferro flammaque vastatis, tandem perfractis Pyrenæi claustris, quæ diu Didymus et Veninianus fortissimi Romanorum duces tutati erant, Hispania iv Kal. seu ut alii volunt, iii Id. Octobr. irrumpunt anno 409, æra 417. Exhinc Hispanicis inter se divisus provinciis, Gælicia Vandalis et Suecis, Lusitania et Carthaginensis provincia Alanis obvenere: at Vandali cognomine Silingi, relicta Gælicia, Bœticam provinciam sortiuntur. Quis tum istius in Gallias et Hispanias irruptionis tempore Vandalis imperaverit, vix constat. Crocum quidam, qui tot mala Gallix intulit ab historicis nostris passim recensita, seu, ut ab aliis vocatur, Croscum, Vandalorum regem fuisse opinantur. Et sane ita inscribitur in Vita S. Antidii Vesuntini episcopi, et apud Sigebertum, an. 411. Alii non Vandalorum, sed Alemannorum regem existisse volunt. Id porro constat Crocum a Mario præside versus Arelatensem urbem interceptum, post varia cruciatuum tormenta, tandem neci datum. Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonensem scribit Vandalos a Francis devictos acie, 20 ferme millibus ferro interemptis, Godegisilo, seu, ut a Procopio et Theophane appellatur, Godegisilo, seu Modigisilo, ut a Roderico Sanctio et abbate Usperg. rege eorum assumpto, cunctis, inquit idem Frigeridus, Vandalorum ad internectionem defendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset: quam quidem cladem intra ipsas Gallias accidisse idem testatur, proindeque ante Vandalorum in Hispanias adventum, ita ut dubium videatur an Godegisilus in Hispania condecorat, quod volunt Procopius et Zonaras. Memoratur præterea ab Idatio gentis Vandalorum rex alter Fredibaldus, quem circa annum 417 Constantius, Placidix maritus, sine ulla certamine ingeniose captum ad imperatorem Honorium destinavit: is porro, ni fallor, Vandalis qui in Galliis remanserant, imperavit.

Gundaris vero, seu Guntharis, uti a Procopio, seu Gundericus, ut ab aliis appellatur, Godegisili filius, primus in Hispania Vandalis præluit, qui, rupto pacis fœdere, Suevos pervasis montibus obsedit anno 419, ac tandem relicta Gallæcia, cum omnibus Vandalis in Bœticam transiit anno 420, ceptaque Hispali, cum irreverenter in basilicam S. Vincentii martyris manus extendisset, mox Dei iudicio dæmone in ipsis templi foribus correptus, interiit anno Theodosii Junioris 4, Chr. 421, vel 26, ut alii volunt, cum imperasset annos 18. Procopius a fratre interemptum scribit.

Geisericus seu Geisericus, Gotharis frater notus, eidem in regnum successit: qui, ex catholico Arianus factus, de Bœticæ provinciæ littore, cum Vandalis omnibus, quos ad octoginta millia falso scribit Victor Vitensis, eorumque familiis, ad Mauritaniam et Africanam relictis transiit Hispaniis anno 427, mense Maio, Ilirio et Ardaburio eoss. Scribit Theophanes Vandalos a Bonifacio Africa prætoris in Africam evocatos. Cum enim affectata tyrannidis apud Valentinianum imperatorem ab Aetio falso accusaretur, sibi que ac vite timeret, Geisericum ex Hispaniis in Africam evocavit. Exinde probata per amicos fide apud Placidiam

Augustam, exercitum in Vandalos Africanam incurstantes eduxit, a quibus superatus, Romam rediit, ubi ab Aetio interemptus est. At Geisericus, violato fœdere quod cum Valentiniano imp. pepigerat, Carthaginem metropolim post 14 mensium obsidionem occupat x Kal. Nov. anno Chr. 439. Hanc vero captivitatem Carthago subiit anno postquam Romana esse cœperat 585. Post hæc mediterranei maris insulas invadit, Siciliam tributario jure Odoacro Italia regi concedit: inde ab Eudoxia Valentiniani jam defuncti uxore invitatus Romam ingreditur, rebus omnibus per 14 dies spoliat, secumque inde Eudoxiam cum duobus filiabus abducit ann. Chr. 455. Tandem post multarum provinciarum clades, et Christiani apud Africanam populi spolia et neces moritur anno 466, cum imperasset annos 40, juxta Victorem Tununensem: quamquam Victor alter Vitensis annos regni 27 et menses 3, duntaxat putet. Ita enim legendum, non ut libri editi præferunt, 37; nam Geiserici regni annos Victor auspiciatur a capta Carthagine Africae metropoli, quod ex tempore captae Romæ liquet, quam captam scribit anno Geiserici 15, hoc est, a capta, ut dixi, Carthagine, ut recte observatur a Franc. Balduino. Quatuor illi fuere filii. Hunnericus, Genzo, seu Genthio, cui regni partem reliquit pater, Theodericus, et Theodatus, qui patre superstite obiit. Porro quantas calamitates Africae intulit, dum catholicam fidem Ariana impietate intra regni sui lites subvertere nititur, pluribus prosecuti sunt idem Victor Vitensis, Possidius Calamensis, Prosper Aquitanus, Justinianus imp. et alii ejusce ævi scriptores.

Hunnericus, major Geiserici filius, Vandalorum et Alanorum rex, Ariano pariter suscitatus furore, Catholicos per totam Africanam atrocior patre persecutus est. Nec in eos solos sævitiam exercuit, sed etiam in propinquos: nam desiderans post obitum suum (verba sunt Victoris Vitensis), quod non contigit, regnum suum statuere, Theodericum fratrem, filiosque ejus, Gentonisque fratris nihilominus filios crudeliter cepit insequi, quorum nullum dimitteret, nisi ei mors desiderii sui voluntatem auferret. Primo sciens uxorem Theoderici fratris astutam, credo ne forte maritum aut majorem filium, qui prudens et sapiens videbatur, consiliis acrioribus adversus tyrannum armasset, crimine apposito, eum interfici jubet. Post occidit et ille filius magnis litteris institutus, cui secundum constitutionem Geiserici, eo quod major omnibus esset, regnum inter nepotes potissimum debebatur. Et paulo post tunc et Geitonis majorem filium, nomine Godegisum, cum uxore absque solatio servi aut ancillæ, crudelis exsilio delegavit. Fratrem vero Theodericum, post occisionem uxoris et filii, nudum atque destitutum similiter exsulavit. Post cujus mortem filium, qui supererat, infantulum, duasque filias ejus adultas, impositas asiis longius affligendo projecit. Sed et comites quamplurimos et nobiles gentis suæ objectionibus falsis insectans, ob hoc quod germano faverent, alios incendit, alios jugulavit, imitator Geiserici patris, qui sui fratris uxorem ligato pendere lapidum in Amsagam fluvium Cirtensium famosum jactando demersit, et post necem fratris ejus filios interfecit. Et hæc quidem licet prolixiora ex Victore deprimere libuit, ut Geiserici familia innotesceret. Cæterum Hunnericus, cum prius a Zenone pacem per legatos impetrasset, inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in Catholicos exercuit, interioribus cunctis cæcis, ut Arius pater ejus, misere vivit vitam octavo

περαιωθέν, σὺν τῷ οὐκ αὐτῷ ῥηγί Γονδιγισγλω, κατ-  
έσχε ταύτην. Ἐφ' οὐλοῖς δὲ δυοῖ, τοῦτο θανόντος.  
ὧν ἄτερος Γόνδαρις, ὁ δὲ λοιπὸς ἐκαλεῖτο Γιζέριχος,  
εἰς μόνον τὸν Γιζέριχον ἡ ἀρχὴ παρεῖστη, τοῦ Γόν-  
δαρι τελευτήσαντος. Φύτος γοῦν ὁ Γιζέριχος, τὴν τε  
Καρταγέναν παρεῖληφει καὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν,  
καὶ ἐπὶ τριάκοντα καὶ ἑνὴν τῶν Οὐανθῆλων ἡγε-  
μονεύσας ἐν αὐτοῖς ἀπέτιςα τὸ χρεῶν. Ὅν Ὀνώρι-  
κος ὁ υἱὸς διεδέξατο, ὅφ' οὐ πλεῖστα δεινὰ τοῖς  
ὀρθοδόξοις ἐκήχθησαν, ἀρειανίζων πάντας κατ-  
αναγκάζοντας, ὁ; ἐπ' ἔτη ἄρξας ὀκτώ, ἐπὶ διαδόχῳ  
Γουνδαμουδῳ τῷ υἱῷ τελευτῆ. Καὶ οὕτως δὲ βαρῦς  
τοῖς ὀρθοδόξοις γενόμενος κατέλυσε τὴν ζωὴν ἐπὶ  
ἐνιαυτοῦς τὴν ἀρχὴν κατασχὼν δυσκαίδεκα. Ἐἴτα  
Τρασαμουδῶ; τῶν Οὐανθῆλων γέγονεν ἡγεμῶν, καὶ  
οὕτος; Ἀρειανῶ; οὐ κολάζων τοὺς ὀρθοδόξους, μόνον  
μένει ἀποστρεφόμενος, καὶ τοῦτο οὐ ἔτη εἰκοσι  
καὶ ἑπτὰ διαγαγόντος ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ τὸ βίωσιμον  
ἐκμητρήσαντος; εἰς ἡλδέριχον ἡ ἡγεμονία μετ-  
έπασεν, ὁ; Γιζέριχου ἦν υἱὸς; ἐξ Ὀνωρίχου τοῦ  
ἐκείνου παιδός. Οὕτως δὲ Χριστιανοί; χαλεπῶς προσ-  
εφέρατο, καὶ πᾶσι πρῶς ἐτύγγανεν, ἄτε καὶ μαλ-  
θακοῦ τυχῶν ἦθους; ἐκ φύσεως, ὅθεν ἦν καὶ πρῶς

A dari et Gizericho relicta, imperium universum  
post alterius obitum ad Gizerichum rediit. Is et  
Carthaginem, et ipsam Romam occupavit, cumque  
Vandalis annos 39 imperasset, naturam debitam  
persolvit. Huic successit Honorichus filius, qui  
cum viii annis, quibus regnavit, orthodoxos plu-  
rimis malis, ut Arianismum amplecterentur, affe-  
cisset, Gundamundo filio successore, moritur, qui  
et ipse orthodoxis infestus, xii regni anno mori-  
tur. Post hunc Trasamundus Vandalorum dux est  
factus, Arianus et ipse, qui tamen orthodoxos tan-  
tum aversatus est, non etiam supplicis insectatus.  
Regnavit annos xxvii, eoque defuncto principatus  
ad Hilderichum Gizerichi ex Honoricho filio nepo-  
tem recidit. Is neque **65** Christianos asperere tra-  
ctavit, et clementem se præbuit erga omnes, vir  
mili ingenio, et ad bella suscipienda cunctantior.  
Contraxerat autem cum Justiniano privato adhuc  
familiaritatem. Cæterum Gelimerus, cognatus ejus,  
homo improbus ille quidem, sed strenuus et no-  
varum rerum solertissimus machinator, regnum in-  
vadit, domino suo, et omnibus ejus familiaribus in  
viacula conjectis: et ut crimen tyrannidis a se

#### Varia lectiones et notæ.

regni sui anno, seu, ut habet Isidorus, septimo,  
mense 5, ut Victor Vitensis mense 10, anno Chr.  
474. Uxorem viventem patre duxit Eudociam, Va-  
lentiniani III Aug. filiam, ex qua natus Hilderichus,  
qui post Thrasimundum Vandalis Imperavit.

Gunthamundus, Genzonis filius, ut prædant Pro-  
copius, Theophanes, Hermannus Contractus, et alii,  
non vero Hunnerici, ut Zonaras, Conradus,  
abbas Uspergensis et Nicephorus Callisti, (qui-  
busdam etiam Hunnerici frater,) adeptus Vando-  
rum regno, pacem Ecclesiæ restituit, Catholicis  
ab exsilio revocatis. Fœdere deia cum Romanis  
facto, Carthagine moritur anno Chr. 496, regni 12,  
ut habent Procopius, Theophanes et Zonaras,  
non vero 14, ut alii.

Trasamundus, Gunthamundi frater, ut scribit  
Procopius, non vero Hunnerici, ut quidam volunt,  
Gunthamundo successit, fratris et patris perfidi-  
am secutus, et Ariana insaniam plenus, Catho-  
licos insectatus, eorum ecclesias clausit, et in Sar-  
diniam exsilio ex omni Ecclesia Africana 120  
episcopos misit: in quibus fuit Fulgentius Rus-  
pensis episcopus, cujus præclara exstant monu-  
menta. Tandem Carthagine moritur anno Chr.  
511, æra 555, cum imperasset annos 27. Hujus  
uxor Amalafride, Theodorici regis Italiæ soror,  
quam, priore uxore extincta, duxit, post conjugis  
mortem fugiens ad Barbaros, congressione facta,  
Capseæ juxta Eremum capitur, et in custodia pri-  
vata moritur.

Hildericus, Gregorio Tunonensi et Paulo Diacono,  
Chillicricus, Victori Tununensi Hilderix dictus,  
Hunnerici ex Eudocia filius, Vandalorum regnum  
post Trasamundum adipiscitur, qui non patrem  
hæreticum, sed matris catholicæ consilia secutus,  
cultor rectæ fidei enituit, episcopos ab exsilio re-  
vocavit, et ecclesias aperuit. Hunc Giltmer as-  
sumpta tyrannide regno privatam, cum filiis car-  
ceri mancipavit, ac in ipso denique Belisarii  
occurru priusquam congressus fieret, interfecit.  
Regnavit annos 7, menses 3. Hilderici filius et  
nepotes Justinianus, capto Gelimere, agris et opi-  
bus sat amplis donavit.

Gelimer, Hermanno Contracto *Geylamer* dictus,

Geloricis filius, Gentonis, Genserici filii, nepos;  
Vandalorum regnum occupat, anno Chr. 528. Mul-  
tos nobilium Africæ provinciæ crudeliter perimit,  
multorumque substantias tollit. Adversus Gelime-  
rem Justinianus nocturna visione Læti episcopi,  
qui sub Hunnerico martyrium pertulerat, expeditio-  
nem suscipit, et Belisario exercitus ducatum  
committit, qui sub exitu anni 533 Africam ingre-  
sus, hanc intra 3 menses Romano subdidit impe-  
rio, hoc est a Kal. Sept. ad Kal. Decemb. cum in  
exercitu 5 duntaxat militum millia haberet, Gan-  
dimero, Gebamundo, et Tzezone, seu Latinone,  
Gelimeris fratribus primum superatis et caesis,  
mox ipso Gelimero fugato, et expugnata Carthagine.  
Insequenti vero anno Belisarius Gelimerem toto  
obsessam hieme in potestatem recepit, et Constans-  
tinopolim traduxit ad Justinianum, 4 ejus consen-  
satu, quo facto, sparsam de se in Africa tyrannidis  
calumniam abstersit. Tum ingens decus consecutus  
est, representato longo intervallo veterum trium-  
phorum specie, quorum ille ritus et apparatus, nisi  
quod pedes ambulabat, captivis ante se traductis,  
inque his Gelimero ipso, cum illud identidem cla-  
maret, *Vanitas, vanitatum*, etc. Post triumphum  
agro in Galatia donatus est Gelimerus, neque,  
quod Arianam ejurare nollet hæresim, patricius  
est factus. Exhinc recepta insulæ, Sicilia, Balea-  
res, Corsica, Sardinia, et aliæ.

Extinctum est Vandalorum regnum in Africa  
anno 95, post occupatam Carthaginem, post eorum  
vero in Africam ingressum 107, unde castigandi  
scriptorum pierique, Marcellinus nempe, qui cap-  
tam Carthaginem anno excisionis sive 96 Victor  
Tununensis, qui anno 97 ingressionis Vandalorum:  
Marius Aventicensis episcopus anno 92 captum  
Gelimerum, et expugnatam Africam scribit:  
quanquam satis apparet eosdem auctores Africæ  
captivitatem auspicari a capta Carthagine, a qua  
etiam Victor Tununensis annos regni Hunnerici  
putat, quantumvis ab ingressu Vandalorum inter-  
dum calculum inire videantur. Ita Justinianus im-  
perator Africam per 95 annos a Vandalis captiva-  
tam, brevi tempore libertatem recepisse scribit.

amoveret, ad Justinianum scribit se non regnandi cupiditate imperium invasisse, sed quod Hilderichum ad id administrandum natura minus aptum esse viderit. At imperator Gelimero rescribit, se non conquisturum, nisi et injusta vi oppressum viadicatū, et tyrannum ultus fuerit. Itaque patricium Belisarium ex Oriente, ubi cum Persis bellum gerebat, accersitum, cum manu validissima et magna classe, omnibus copiis cum summo imperio præfectum in Libyam mittit, etiam Cæsariensi Procopio comitante, qui bella illic gesta copiose persecutus est. Belisarius exercitu in Libya exposito, vallum obducit. Quo Gelimerus cognito, fratri Amatæ mandat, ut Hilderichum cum cognatis, quos in custodia tenebat, statim e medio tollat. Sic illi interfecti sunt. Belisarius autem, Gelimero profligato, ereptaque Carthagine, totius Libyæ est potitus, eamque Romano imperio subiecit, a Vandalis per annos xcv occupatam, et Gelimerum vivum cum uxore et liberis comprehendit. Ferunt, eum dum in regione Maurorum aspera cum suis obsideretur, annona destitutum, a tribuno quem Belisarius obsidioni præfecerat, petiisse panem, citharam et spongiam: qui cum non intelligeret, qua de causa ista peteret, nuntium interrogasse, eum vero respondisse, panem petiisse spectandi desiderio, quod nullum vidisset ex quo Carthagine excidisset: nam Barbaros apud quos agat, misere vicitare: spongiam, ut lacrymas extergat: citharam, ut ea calamitates suas deploret. Facta porro cum suis deditione, ad Belisarium vivus est perductus, interitum ridens: ut qui videbant, eum errore mentis affici crederent, ob calamitatis magnitudinem. Sed res aliter se habebat. Nam dum fortunæ suæ commutationem animo reputaret, **66** humana omnia ridicula esse existimabat. Belisarius vero et ipsum et duces Vandalorum in custodia honorifice habuit, ut ad imperatorem perducerentur. Cepit et Siciliam et Sardiniam insulam, de qua supra a me dictum est, et ad Gades usque subactis omnibus: sic demum Byzantium est reversus, et ipsum Gelimerum cum uxore, liberis, cognatis et omnibus ejus ministeriis adduxit. Quæ quæ magnus ei honos est ab imperatore habitus et triumphus decretus, et ludi equestres in theatro acti, ipso imperatore de more præsidente, et senatu omnique populo præsentate. Procedebat autem Belisarius dux, Gelimeri subsequentiis purpuræ manu innixus, comitantibus centurionibus et tribunis, et Gelimeri cognatis. Cum jam ad imperatorem perventum esset, Belisarius Gelimero persuadet, ut humi procumbat, et impe-

πολέμους νωθέστερος. Οὗτος δὴ ὁ Ἰλδέριχος συνήθης γέγονε τῷ Ἰουστινιανῷ ἐπὶ ιδιωτεύοντι. Γελλίμερ δὲ τίς ὁμογενῆς Ἰλδέριχου, ἀνὴρ κακοήθης μὲν, δραστήριος δὲ καὶ νεωτερίζαι δεινός, ἐπέθετο τυραννίδι· καὶ τὸν οἰκίον κατασχὼν δεσπότην, εἰρκτικῆ παραδίδωσι, καὶ τοὺς ὄσοι ἐκείνῳ ψικελῶντο. Ἄποτριβόμενος δ' οἶον τὸ τῆς τυραννίδος αἰτίωμα, γράφει πρὸς Ἰουστινιανόν, ὡς οὐ τῆς ἀρχῆς ἐρῶν, ταύτης ἐδράξατο, ἀλλ' ὅτι Ἰλδέριχος ἀποπεφυῖκει πρὸς τὴν ταύτης διοίκησιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντεπέστειλε τῷ Γελλίμερι, ὡς οὐκ ἀνίξεται, εἰ μὴ τῷ τυραννηθέντι μὲν τιμωρήσῃ, τὸν δὲ τυραννεύσαντα τιμωρήσεται. Διὰ τὸν πατρικίον Βελισάριον ἐκ τῆς Ἐφέας μεταστελλόμενος (ἐκεῖ γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ τοῖς Πέρσας μαχόμενος) εἰς Λιβύην μετὰ χειρὸς βαρείας καὶ στόλου πέμπει πολλοῦ, ἀπάσαις αὐτὸν ταῖς δυνάμεισιν ἐπιστήσας ἀρχιστράτηγον αὐτοκράτορα, **67** καὶ ὁ Καισαρεὺς συμπαραωμάρται Προκόπιος (2\*), ὃς τὰ περὶ τῶν ἐκεῖ πολέμων ἱστορήσει πλατυκώτερον. Καταπλεύσας οὖν εἰς Λιβύην ὁ Βελισάριος, χάρακα βάλλεται. Ὁ δὲ Γελλίμερ, τοῦτο μαθὼν, ἐντέλλεται τῷ ἀδελφῷ Ἀματῆ τὸν τε Ἰλδέριχον καὶ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς οὓς ἐμφοῦρους κατεῖχεν αὐτίκα κτείνει. Καὶ οἱ μὲν ἀνήρηστο. Γελλίμερ δὲ, συμβαλὼν τῷ Βελισάρῳ καὶ ἡττηθεὶς, τῆς τε Καρχηδόνης ἐξέπεσε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πάσης τῆς Λιβύης ἐκράτης Βελισάριος, καὶ τῆ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ὑπέταξεν, ἐνενηήκοντα καὶ πέντε ἑνιαυτούς τῶν Οὐανδήλων κυρτυσάντων αὐτῆς. Συνέσχε δὲ ζωὴν καὶ αὐτὸν τὸν Γελλίμερα σὺν γαμετῇ καὶ τέκνοις αὐτοῦ. Λέγεται δὲ πολιορκουμένῳ αὐτῷ μετὰ τῶν οἰκείων ἐν χώρᾳ λυπρῇ τῇ τῶν Μαυρουσίων, ἐπιλείπει τὰ ζωαρχῆ, τὸν δὲ ἐπιστεῖλαι τῷ ταγματάρχῃ, ὃν ὁ Βελισάριος τῇ πολιορκίᾳ ἐπέστησεν, αἰτοῦντα στείλαι οἱ ἄρτον ἓνα, καὶ κιθάραν, καὶ σπόγγον. Καὶ ὃς συνιδεῖν οὐκ ἔχων, ὅπου γέχαριν αἰτοῦνται παρὰ τοῦ Γελλίμερος τὰ αἰτούμενα, τὸν τῆς γραφῆς ἠρώτησε κομιστήν· ὁ δὲ τὸν μὲν ἄρτον (3) εἶπεν αἰτεῖν, ἐπιθυμῶν τοῦτον ἰδεῖν, ἐπεὶ μὴ εἶδεν ἐξότου τῆς Καρχηδόνης ἐκπέπτωκε, τῶν Βαρβάρων, παρ' οἷς ἐστὶ, κακοθίων ὄντων· τὸν δὲ σπόγγον, ἵνα τοῦτω τῶν ὀμμάτων ἐκμάσῃ τὰ δάκρυα· τὴν δὲ κιθάραν, ἵνα ταύτῃ τὰς οἰκίας συμφορὰς ἀποκλαύσεται. Ἐαυτὸν δὲ ὅμως ὁ Γελλίμερ παραδοὺς τοῖς πολιορκουσί μετὰ τῶν συνόντων, ἤχθη πρὸς Βελισάριον, καὶ ἐγέλα πρὸς αὐτὸν εἰς ἀγόμενος, ὡς τοῖς ὀρώσιν ἐξεστηκέναι δοκεῖν αὐτὸν, διὰ τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολήν. Ἦν δ' ἑτεροῖόν τι τὸ γινόμενον. Ἀναλογιζόμενος γὰρ εἰς οἶαν τύχην ἐξ οἷας κἀτήνησε, καὶ γέλωτος ἀξία κερικῶς τὰ ἀνθρώπινα, ἐγέλα ταῦτα. Βελισάριος δὲ καὶ αὐτὸν

#### Variæ lectiones et notæ.

(2\*) Προκόπιος. Ut Procopius Cæsariensis, rerum quas scripsit oculatus testis, et Belisarium in Africa et in Italia bella gerentem comitatus fuerit, non uno ipse loco testatur.

(5) Ὁ δὲ τὸν μὲν ἄρτον. Joannes Tzetzes, chil. ii, c. 85

Γράμμα πρὸς Βελισάριον περιπαθῆς τι γράφει,

Κινῶραν, Βελισάριε, στείλον μοι, σπόγγον, ἄρτον, τὴν μὲν ὡς τραγηθήσαιμι τὸ βαρυσύμφερρόν μου, Σπόγγον δ' ὡς ἀπομόργνυμι δακρύων τὰς πλημ-

ῥύρας.

Ἄρτον δ' ὡς ἂν κατίθοιμι κἀν μόνῃν τούτου θέαν.

Hanc historiam attigit etiam Nicetas in Isaacio, l. iii, p. 2.



καὶ τοὺς τῶν Οὐανδήλων ἄρχοντας ἐντίμως ἐφύλαττε A κομισθησομένους τῷ βασιλεῖ. Παρεῖλθεῖ δὲ καὶ Σικελίαν καὶ τὴν Σαρδίῳ (νήσος δὲ καὶ αὐτὴ ὡς ἤδη καὶ προϊστόρηται) καὶ τὰ μέχρι Γαδειρων ὄψ' ἑαυτὸν ἐποίησατο, καὶ οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἄγων αὐτὸν τε τὸν Γερίμερα σὺν γυναίκῃ καὶ τέκνοις καὶ συγγενεῖσι, καὶ πᾶσαν τὴν θεραπείαν αὐτοῦ, καὶ τιμῆς μεγάλης παρὰ τοῦ βασιλέως ἤξιωτο. Ἔτα καὶ ὀρίανθρον ἐπὶ τῇ νίκῃ καθήγαγε, τελουμένης ἀμιλλῆς ἵππων ἐν τῷ θεάτρῳ, αὐτοῦ τε τοῦ κρατοῦντος (ὡς ἔθος) προκαθημένου, καὶ τῆς γερουσίας παρουσίας, καὶ τοῦ δήμου παντός. Καὶ προΐει μὲν ἐκ τῆς τῶν ἵππων ἀφετηρίας ὁ ἀρχιστρίτης Βελισάριος τῆς πορφυρίδος τοῦ Γερίμερος παρεπομένου ἔχόμενος τῇ χειρὶ· συμπαραμάρτων δ' αὐτῷ καὶ οἱ τῶν τάξεων στρατηγοί, καὶ ταγματάρχαι καὶ λοχαγοί, καὶ οἱ τοῦ Γερίμερος συγγενεῖς. Ἦδη δ' ἐφθαλὸς ἔναντι τοῦ κρατοῦντος ὁ Βελισάριος, πείθει τὸν Γερίμερα εἰς τοῦδαφος, καταβαλεῖν ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἀπονεύμαί τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν (4). Ὁ δ' ἐποίησε τὸ προσταττόμενον, καταχεύμενος δάκρυσι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Βελισάριος προσοῦδισεν αὐτὸν, ἐνδεικνύμενος τῷ Γερίμερι ὅτι οὐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιῆσαι ἀπήτητο, ἀλλ' ὅτι οὕτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τῶν Ῥωμαίων τοὺς βασιλεῖς, καὶ οἰοεὶ κομφίζων αὐτῷ τὸ δυστύχημα. Καὶ τὴν ἴσῃν δὲ τῇ βασιλείᾳ προσκύνησιν ἀπονεύμαντα τὸν Γερίμερα, καταγωγῇ δέχεται λαμπρὰ καὶ θεραπεία βασιλικῆ προετοιμασθεῖσα αὐτῷ. Μεθ' ἡμέρας δὲ τινὰς αὖθις ἰππηλασίας ἀγομένης κατὰ τὸ θέατρον, τὰ λάφυρα τοῦ πέλμου διὰ μίσην τῆς πόλεως κομιζόμενα καὶ θεατριζόμενα, εἰσήγοντο εἰς τὸ στάδιον ἀκόντια, καὶ θρόνοι, καὶ φορέα καταστητῆ γυναικεία, χρυσοῦ τὰ πάντα πεποιημένα, καὶ λίθοις τιμαλφίσιν ἐπισκομούμενα, καὶ κλίνη ὁμοία, καὶ χρυσόσπατοι τάπητες, καὶ σκευὴ τὰ ταῖς τραπέζαις ὑπηρετούμενα, τὰ μὲν ἐκ χρυσοῦ εἰργασμένα, τὰ δ' ἐξ ἀργύρου πεποιημένα, καὶ ἐκπώματα χρυσεὰ τε καὶ λιθοκάλυπτα, καὶ ἀλουργεῖς ἐσθῆτες, καὶ πέπλοι παρόμοιοι, καὶ βασιλικοὶ στέφανοι, καὶ κόσμοι γυναικῶν διὰλιθοί τε καὶ περιμάργαροι, καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ ἀριθμὸν σχεδὸν ὑπερβαίνοντα. Καὶ ἐπὶ πᾶσι, λάρνακες ἐπὶ χρυσοῦ μασταί, καὶ βιβλοὶ τῶν θείων εὐαγγελίων (5), χρυσοῦ περιλαμπόμενα πάντοθεν, καὶ λίθων παντοίοις γένεσι ποικιλλόμενα. Τὰ μὲν οὖν τοῦ θραμβου ἦσαν ἐν τούτοις. Βελισάριος δὲ καὶ ὑπατείας ἤξιωτο.

Η'. Ἦδη δὲ τοῦ τῶν Οὐανδήλων πολέμου καταλυ- C θέντος, στέλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς Ῥώμην, ταύτην τε καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν Ἰταλίαν παραστησόμενος, ὑπὸ Γόθων κατεχομένην, ὧν Θεοδάτος ἦν ἡγεμῶν. Τοῦτο μάθων ὁ Θεοδάτος Ἀγαπητὸν τὸν τῆς Ῥώμης μέγαν ἀρχιερέα, ἄνδρα θεσπέσιον, στέλλει τῷ βασιλεῖ παρεσκευασμένον. Ὁ δὲ καταλαβὼν τὸ Βυζάντιον, καὶ τῷ Ἰουστινιανῷ ἐντυχῶν, πρῶτον περὶ Θεοῦ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθῆς διαλέγεται πίστεως, καὶ τὴν εἰς τὸν θρόνον τῆς Νέας Ῥώμης ἀναγωγὴν Ἀνθίμου ὑπ' αἰτίαν πεποίητο, ὅτι τε μὴ κανονικῶς (6) ἐκ Τραπεζοῦντος, ἢ τῶν εἰς τὸν Πολεμονιακὸν Πόντον κειμένων πόλεων τυγχάνει μητρόπολις, εἰς τὴν Κωνσταντινου μετέηκετο, καὶ ὅτι καὶ τῆς Σεβήρου κακοδοξίας μετέσχηκεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ σπουδῆ τῆς βασιλείας τὸν Ἀνθίμον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξιώσεως καθέδρα τῆς Κων-

Variæ lectiones et notæ.

(4) Τὴν προσκύνησιν. De ritu adorandi imperatores consulendus in primis Procopius, in *Hist. arcana*, c. 30; præterea Arnoldus Lubec. l. II, cap. 15.

(5) Καὶ βιβλοὶ τῶν θείων εὐαγγελίων. Vide Gloss. med. Lat. in v. Textus.

